

# PIUS VI.

## ANNO VICESIMO PRIMO



Dat. die  
3 martii  
1795  
anno XXI.

ML

Indulgetur monialibus ordinis s. Francisci asceterii conceptionis B. M. V. civitatis Portus s. Mariæ Hispalensis diœcesis, ut officium sanctissimi Cordis Jesu celebrare, et recitare possint.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio præ-  
tum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ moniales ordinis sancti Francisci asceterii Conceptionis beatæ Mariæ virginis civitatis Portus sanctæ Mariæ diœcesis Hispalensis magno se flagrare studio colendi omni, qua possint, ratione, sanctissimum cor Jesu, cui Nos obsequi vehementer cupiant.

Tenor concessi-  
onis.

§. 2. Nos igitur istas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audito etiam dilecto filio magistro Dominico Coppola congregationis sacrorum Rituum secretario; ut quotannis feria sexta post octavam solemnitatis sanctissimi corporis Christi, officium sanctissimi ejusdem Cordis, quod pro regnis Portugalliæ, et Algarbiorum Nos alias adprobavimus, ritu duplici majore ipsæ recitare; sacerdotes vero ad sacrificandum ea die, in earum ecclesiam convenientes missam officio respondentem celebrare libere, et licite possint, ac valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Delegatio cons-  
trictorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et commemoratæ diœcesis, ipsiusque asceterii statutis, et consuetudinibus, cæte-

Bull. Rom. Tom. IX.

risque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die tertia martii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

MII.

Dat. die  
10 martii  
1795  
anno XXI.

Instantibus nobilibus civitatis Philoptrani Auximanæ diœcesis confirmatur rescriptum auditoris Sanctissimi, quo præscribitur, ut deinceps inter nobiles consiliarios civitatis præfatæ cooptandi censum habeant valoris saltem scutorum quatuor millium.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Quoniam æquitati, et justitiæ consonum est, ut mutatis rerum, ac temporum conditionibus, leges quoque, et statuta, quæ alias scite, prudenterque lata sunt, in melius renoventur: hinc Nos pro ea paterna charitate, qua ab ipsis pontificatus Nostri primordiis Nostros, et apostolicæ Sedi in temporalibus subditos semper complexi sumus, quoties a Nobis petitur, in hisce auctoritatis Nostræ partes haud invite interponamus, prout in Domino salubriter expediri conspiciamus.

Præmium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii cives nobiles oppidi civitatis nuncupat. Philoptrani Auximanæ diœcesis, quod, cum Nos alias dicti oppidi prærogativis, ac præsertim civium frequentia intendentes illius ad aliarum civitatum status, seu ditionis Nostræ ecclesiasticæ honorem eveherimus, hæc nova patriæ suæ conditio postulat, ut nisi ditiores, et honestiores cives inter nobiles consiliarios oppidi civitatis nuncupat. hujusmodi adlegentur. Cum itaque per rubricam tri-

Expositio præ-  
tum correcto-  
rum a nobili-  
bus Philoptra-  
ni.

gesimam octavam pervetusti sui municipalis statuti inter cætera cautum, præscriptumque sit, ut ad obtinendam cooptationem interconsiliarios hujusmodi satis superque sit, ut candidati censum habeant valoris denariorum ducentorum, et quinquaginta, scutorum scilicet quinquaginta, modo probatæ monetæ Romanæ, quem nec miserrimi non habent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut deinceps, ac perpetuis futuris temporibus quicumque inter nobiles consiliarios dicti oppidi civitatis nuncupati Philoptrani cooptari postulaverint, hi inter alias qualitates a jure communi, et municipali statuto prærequisitas, se possidere bona propria libera, fructifera justis valoris saltem scutorum quatuormille, ac jam a viginti saltem annis ante a quacumque arte mechanica se abstinnisse probare teneantur, auctoritate apostolica tenore præsentium constituimus, ac mandamus.

Declaratio specialis.

§. 4. Volentes tamen, et declarantes, ut hæc nova dispositio, seu lex petitiones tantum futuras, non autem præteritas, quas sub dispositione juris communis, et municipali statuti reliquimus, afficere possit.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non oppidi civitatis nuncupati præfati etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub

quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis; aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima martii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

MIL.

Suspensio celebrationis capituli generalis pro fratribus ordinis B. M. V. de monte Carmelo provincie Romandiolæ, et deputatio superiorum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Quoniam in ea reipublicæ christiæ tempora incidimus, in quibus regulares ordines adversa quammaxime afflictant, officii humilitati Nostræ ex alto commissi esse existimamus, illis ita peculiariter consulere, ut hinc quamminima subeant incommoda, prout omnibus mature, ac serio perpensis in Domino salubriter expedire arbitramur.

Proemium.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, juxta statuta, et constitutiones ordinis fratrum B. M. V. de monte Carmelo antiquæ observantiæ auctoritate apostolica confirmata capitulum provinciale provincie Romandiolæ, et Piceni dicti ordinis ad novum priorem provincialem, definidores, aliosque officiales eligendos propediem habendum esset: viros vero provincie præfatæ propter æs alienum, rei familiaris angustias, ac onera in alimoniam sacerdotum Gallorum, quibus quamplurimi conventus ejusdem provincie premuntur, sumptibus ad capituli hujusmodi convocationem, necessariis suppetere non valent;

Ratio concessionis.

§. 3. Nos Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum exempla se-

Tenor concessionis.

Dat. die  
20 martii  
1795  
anno XXI.

stantes, annuente non solum, sed etiam consentiente dilecto filio Rocho Melchor priore generali dicti ordinis, ac postulantibus quamplurimis alumnis provinciae, et ordinis praefatorum, designandosque priorem provincialem, aliosque officiales specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati praevia dilatione proximi dicti capituli provincialis provinciae Romandiolae, et Piceni ordinis fratrum beatae Mariae virginis de monte Carmelo antiquae observantiae in proximum futurum triennium a die, qua juxta constitutiones, et statuta praefata, capitulum provinciale hujusmodi esset convocandum, dilectos filios Angelum Bagattini in priorem provincialem, Hieronymum Graziani in custodem provinciae, Antonium Mariam Parri, et Josephum Maranti in socios ad futurum capitulum generale, Angelum Ganzetti, et Aloisium Marrozi in subrogatos, Josephum Sassi, Carolum Giarretta, Josephum Panico, et Joannem Pantoli in definitores provinciae, Gerardum Minzoni, Josephum Arrighini, Alexandrum Alliprandi, et Raphaellem Ruel in subrogatos, omnes fratres dicti ordinis expresse professos, ad proximum dumtaxat triennium auctoritate apostolica tenore praesentium constituimus, facimus, et nominamus; committentes eidem priori generali, ut ipse una cum consilio ordinis praefati priores singulorum conventuum ordinis, et provinciae instituat, et deputet: ipsis vero Angelo, Hieronymo, Antonio Mariae, Josepho, Angelo, Aloisio, Josepho Sassi, Carolo, Josepho Panico, Joanni, Gerardo, Josepho Arrighini, Alexandro, Raphaeli, nec non omnibus, et singulis prioribus conventuum dictae provinciae, ut praefertur, designandis, et deputandis, ut durante triennio hujusmodi, seu usque ad aliud proximum futurum capitulum provinciale omnibus, et singulis juribus, praerogativis, auctoritate, jurisdictione, facultatibus, gratiis, indulgentiis, ac honoribus, et oneribus solitis, et consuetis uti, frui, et gaudere debeant in omnibus, et per omnia, perinde ac si in frequenti capitulo provinciali ad

officia, seu munera praefata fuissent electi, auctoritate, et tenore praefatis statuimus, et declaramus.

§. 4. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis Nostrae, aliisque arbitrio Nostro infligendis poenis omnibus, et singulis superioribus, fratribus, ac personis quibuscumque ordinis, et provinciae praefatorum, ut eisdem Angelum, Hieronymum, Antonium Mariam, Josephum Maranti, Angelum, Aloisium, Josephum Sassi, Carolum, Josephum Panico, Joannem, Gerardum, Josephum Arrighini, Alexandrum, et Raphaellem, nec non dictos priores suis respective muneribus, et officiis, illorumque libero exercitio juxta tenorem praesentium fungi sinant, et permittant, eisque in omnibus ad munera, seu officia hujusmodi quomodolibet pertinencia prompte pareant, et obediant, faveantque, et adsistant respective.

§. 5. Ac decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac supradictis Angelo, Hieronymo, Antonio Mariae, Josepho Maranti, Angelo, Aloisio, Josepho Sassi, Carolo, Josepho Panico, Joanni, Gerardo, Josepho Arrighini, Alexandro, et Raphaeli, nec omnibus, et singulis prioribus, ut praefertur, designandis, et deputandis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, aliosve quoslibet quacumque praeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, ordinis, et provinciae praefatorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens,

Sanctio poenalis.

Clausula sub lata et decretum irritans.

Derogatio contrarium.

ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima martii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo;

## MIV.

Instante regina fidelissima dividitur congregatio fratrum eremitarum ordinis sancti Augustini excalceatorum nuncupatorum in tres provincias.

## Pius PP. VI.

## Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Sacrosancti apostolatus officium humilitati Nostræ per divinæ bonitatis abundantiam, nullis Nostris suffragantibus meritis, conceditum salubriter exequi, adjuvante Domino, sagittantes ad ea, quæ felici, prosperoque Christifidelium Altissimi obsequiis sub suavi religionis jûgo nuncupatorum statui consultiur, libenter intendimus, munerisque Nostri pastoralis partes non invite interponimus, prout ad majorem Dei omnipotentis gloriam, et catholicæ religionis profectum expedire in Domino arbitramur.

Expositio præcum.

§. 2. Nuper siquidem carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Franciscæ Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ nomine Nobis humiliter expositum fuit, quod dudum felicitis recordationis Clemens pp. XI. prædecessor Noster quo status fratrum eremitarum ordinis sancti Augustini excalceatorum nuncupatorum congregationis sanctissimæ Conceptionis in Portugallia magis magisque firmaretur, supplicationibus sibi a claræ memoriæ Joanne V., dum vixit, Portugalliæ, et Algarbiorum tunc rege illustri porrectis intentus constituit, ut inter duas filiationes, seu provincias ordinis, et congregationis prædictorum, quarum altera de Estremadura, altera de Alentejo, et Algarves nuncupabatur in electiones superioris generalis, priorum, aliorumque officiorum, ac munerum ejusdem congregationis alternativa induceretur, utque, si Deo adjuvante, ob adauctum conventuum numerum tertia filiatio, seu provincia esset deinceps erigenda, eadem servaretur

alternativa pro recenti provincia, seu filiatione, quæ pro aliis antiquioribus fuerat statuta, prout in suis hisce de super in simili forma Brevis sub die vicesima sexta octobris anni millesimi septingentesimi decimi sexti expeditis literis uberius continetur; quæ quidem alternativa, quamvis ad partium studia submovenda, quibus eadem congregatio in sui perniciem, ac exitium miserissime dilacerabat, opportuna, ac perutilis foret, quod tamen sicut eidem Joanni regi asserebatur, deinceps servata non fuerat, ipse felicitis recordationis Benedicto pp. XIV. prædecessori itidem Nostro novas obtulit preces, ut sua auctoritate, et providentia tandem aliquando illud eidem congregationi præscriberet in electionibus prædictis systema, quo hinc omnibus perturbationibus aditus firmiter præcluderetur; quo circa memoratus Benedictus prædecessor omnibus prius mature perpensis per suas in simili pariter forma Brevis die septima januarii anni millesimi septingentesimi quinquagesimi expeditas literas revocata dicta Clementina constitutione in ea parte, quæ eidem literis adversabatur, ad retinendam æqualitatem inter dictas duas filiationes, seu provincias voluit in primis, ut omnes omnino dictæ congregationis tunc viventes fratres inter easdem filiationes adamussim dividerentur; constituit præterea, ut unaquæque provincia, seu filiatio suum primum conventum in civitate Lisbonensi haberet, prout jam ante provincia, seu filiatio de Estremadura nuncupata obtinebat: præscripsit pariter, ut in singulis trienniis viginti dumtaxat alumni pro qualibet provincia, seu filiatione ad habitum, ac professionem admitterentur: decrevit tandem, ut in electionibus superioris generalis, aliorumque munerum, et officiorum dictæ congregationis alternativa inter easdem provincias, seu filiationes quodam tunc præfixo modo servaretur, prout in dictis literis dicitur uberius contineri.

§. 3. Verum, cum nihil tam scite, tamque prudenter inter homines constituitur, quin statim eludere conetur, inutilis deprehensa est hæc Benedictina constitutio ad inducendam tranquillitatem in dictam congregationem. Siquidem ex constitutis in civitate Ulyssipponensi pro utraque provincia, seu filiatione primis, ac novitiatus conventibus factum est, ut ad assuetas inæqualitates, perturbationesque confovendas plurimi ex provinciis dicti regni Portugalliæ denominatis de Beyra, Minho, et

Ratio concessionis.

Tras os Montes, per pauci vero ex provinciis de Extremadura, ac veri originarii de Alemtejo, et de Algarves ad habitum, ac professionem ordinis, et congregationis admitterentur: quamobrem paulatim inter hos dumtaxat officia, et munera dictæ congregationis, exclusis aliis etiam dignioribus distribuuntur: quo itaque incommodis, quæ exinde profluunt, firmiter occurratur, Nobis ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ nomine humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 4. Nos igitur ex rerum usu, ac illustribus Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum exemplis edocti, qui ubi ex subolescentibus malis regularem disciplinam alicujus provincie ob nimis multiplicata monasteria, seu conventus deficere perspexerunt, optimum fore remedium arbitrati sunt, easdem provincias, ac monasteria, seu conventus invicem separare, ut etsi omnia, et singula sub uno generali capite posita, diversis tamen provinciarum rectoribus gubernarentur, qui facilius regularis discipline custodiæ intenderent; ordinem, et congregationem prædictam specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac memoratam Benedicti prædecessoris constitutionem die septima januarii millesimo septingentesimo quinquagesimo, ut præfertur, editam præsentibus præinsertam, ac de verbo ad verbum expressam habentes, illiusque tenorem auctoritate apostolica iisdem præsentibus revocantes, supplicationibus ejusdem Mariæ Franciscæ reginæ fidelissimæ nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, duas filiationes, seu provincias ordinis, et congregationis prædictorum de Extremadura scilicet, et de Alemtejo, et Algarves nuncupatas, ut præfertur a Benedictina constitutione approbatas, et confirmatas in tres filiationes, seu provincias auctoritate apostolica tenore præsentium dividimus, dismembramus, et in perpetuum separamus: quarum primam de Extremadura, alteram de Alemtejo, et Algarves, tertiam de Beyra, Minho, et Tras os Montes in posterum appellandas præcipimus, et respective erigimus, et constituimus.

Assignatio filiationum pro singulis monasteriis dismembratis.

§. 5. Filiationi vero, seu provincie de Extremadura eosdem conventus assignamus, quibus in præsentibus constat, eique conventum Conceptionis Montis Olivæ civitatis Lisbonensis in primum conventum totius provincie, ac caput totius

congregationis respective constituimus: filiationi, seu provincie de Alemtejo, et Algarves conventus intra limites provinciarum regni sic nuncupati unimus, et incorporamus, eique in primum totius provincie conventus beatæ Mariæ virginis de Mercede civitatis Elborensis assignamus: tertiam tandem filiationi, seu provincie de Beyra, Minho, et Tras os Montes nuncupandæ conventus pariter intra septem provinciarum regni hujusmodi erectos, seu erigendos incorporamus; eique in primum conventum, seu caput totius provincie, seu filiationis conventum Nostræ Domine do Bom Despacho, et sanctæ Ritæ prope civitatem Portugallensem erectum assignamus: Quibus sic tripartitis filiationibus, seu provinciis omnia, et singula privilegia, prærogativas, et honores, quibus alias duæ filiationes, seu provincie prædictæ tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utebantur, fruebantur, et gaudebant, auctoritate prædicta concedimus.

§. 6. Præterea quo magis magisque regularis disciplina confoveatur, auctoritate apostolica harum serie decernimus, ac declaramus, ut alternativa jam, ut præfertur, a memorata Clementina constitutione inter duas filiationes, et provincias dictæ congregationis tunc existentes pro superiori generali, aliisque muneribus, ac officiis congregationis hujusmodi decreta inter tres filiationes, seu provincias harum serie erectas, seu erigendas omnino, ac religiose servetur. Volumus insuper, ut nemo ad munera vicarii generalis, definitorum, ac visitatorum promoveri, aut eligi possit, nisi prius per duo saltem triennia munere superioris localis perfunctus sit, ac tum in cathedris, tunc in magisterio laudabiliter se gesserit.

Declaratio super observantia alternativæ volita a constitutione Clementina.

§. 7. Decernentes ipsas præsentibus literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quilibet in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, auditi, neque causæ propter quas præsentibus emanarunt, adductæ, aut verificatæ, et justificatæ fuerint, aut quavis alia etiam quantumlibet juridica, pia, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis ullo nunquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habean-

Clausula sublata, et decretum irritans.



tium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis formali, et substantiali, individuanque expressionem requirentem defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsententes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus memorata Benedicti prædecessoris, aliisque constitutionibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis prædictorum etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quarta martii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo

MV.

Dat. die  
24 martii  
1795  
anno XXI.

Instantibus gubernatore, et deputatis regiæ ecclesiæ sancti Antonii nationis Lusitanæ de urbe conceditur, ut ex quadraginta subsidiis dotalibus Cimini, et Sueyro sex distraherentur ab administratore regis fidelissimi apud sanctam Sedem una, a gubernatore prædicto altera, ac quatuor ab individuis congregationis particularis per vices libere conferen.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii gubernator, et administratores, seu deputati regiæ ecclesiæ, domus, et hospitalis sancti Antonii nationis Lusitanæ in hac alma Nostra urbe, quod alias felicitis recordationis Clemens pp. XIV. prædecessor Noster, quo decori, et conservationi sacrarii ecclesiæ prædictæ consuleret, per suas in simili forma Brevis die septima januarii anni millesimi septingentesimi septuagesimi secundi expeditas literas subsidia dotalia, quæ ex legato Cimini existunt, in locum plium deinde revertenda eidem sacrario assignavit: Nos vero quo pariter fabricæ ecclesiæ, domus, nosocomii, et hospitalis prædictorum prospiceremus, cetera subsidia dotalia in eundem locum in posterum revertenda sub certis modo, et forma applicavimus, prout in Nostris hisce desuper contemporaneis literis uberius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, administratio, ac distributio plurimarum dotium, quæ illorum sedulitati commissa atque concedita est, non mediocrem postulet vigiliantiam, ac sollicitudinem, hinc quemadmodum decori, et conservationi sacrarii, et ecclesiæ, aliorumque ædificiorum prædictorum, sicut præmittitur, fuit consultum, sic pariter administrationis huiusmodi incommoda alicujus commodi compensatione per Nos leniri, ipsisque, et suis successoribus prospici summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerant, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio pro-  
cum et ratio  
concessionis.

§. 2. Nos igitur memoratos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ec-

Tenor concessio-  
nis.

clesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, piorum testatorum, seu fundatorum Cimini, et Sueyro y Azevedo dispositiones etiam per ultimam voluntatem pro expressis, ac de verbo ad verbum insertas habentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, eisdem exponentibus, ut in posternum, ac perpetuis futuris temporibus ex quadraginta annualibus subsidiis dotalibus scutorum quinquaginta juxta piorum testatorum Cimini, et Sueyro y Azevedo voluntate distribuendis, detractis per singulos annos a prima die mensis maii currentis anni ad totam ultimam diem mensis aprilis futuri anni millesimi septingentesimi nonagesimi sexti computandos, et sic deinceps sex dotibus, quatuor scilicet ex legato Cimini, duobus vero ex legato Sueyro y Azevedo predictis, harum prima Cimini in proximo mense junii nisi pro administri plenipotentiarii regis fidelissimi apud Nos, et sanctam Sedem pro tempore existentis, altera pariter Cimini pro gubernatoris dictae congregationis pro tempore itidem existentis, ceterae vero quatuor pro individuorum eandem congregationem particularem componentium per vices, et juxta illorum antianitatem arbitrio respective, et nominatione libere conferantur auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo concedimus, et indulgemus.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quaudocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus testatorum, seu piorum fundatorum ultimis voluntatibus, quas ad praemissum effectum sufficienter, et expresse commutamus, et constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quarta martii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

MVI.

Instante congregatione regiae ecclesiae sancti Antonii nationis Lusitanae de urbe indulgetur, ut subsidia dotalia ab eadem congregatione dari solita, ac in locum piuum revertenda, in fabricam ecclesiae, domus, et hospitalis erogari possint.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii gubernator, et administratores, seu deputati regiae ecclesiae, domus, et hospitalis Sancti Antonii nationis Lusitanae in hac alma urbe Nostra, quod plurima sunt dotalia subsidia, quae juxta aliquorum testatorum dispositiones in singulos annos ab ipsis aut puellis Lusitanis, aut cujuscumque nationis distribuuntur: quorum duo scutorum quinquaginta ex legato Bivar: quatuor scutorum vigintiquinque ex legato Arrighi: tria scutorum viginti ex legato Diaz, quae omnia alligata sunt puellis Lusitanis, aut in Domino, aut in saeculo nubentibus: undecim, aut duodecim scutorum triginta ex legato Perez pro puellis cujuscumque nationis sortito designandis: viginiquatuor scutorum quinquaginta ex legato Cimini pro puellis Romae commorantibus, ac sortito pariter designandis, quae in Domino nubere intendant: sexdecim tandem scutorum quinquaginta ex legato Sueyro de Azevedo pro puellis pariter in Domino nubentibus, quarum tamen quatuor alias per organum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium concilii Tridentini interpretum puellis Lusitanis etiam in saeculo nubentibus fuerunt assignata, respective proficiuntur. Cum autem sicut eadem expositio subjucebat, quamvis felicis recordationis Clemens pp. XIV. praedecessor Noster, quo sacrario ejusdem ecclesiae consuleret per suas in simili forma Brevis die vii. januarii anni millesimi septingentesimi septuagesimi secundi expeditas literas subsidia dotalia legati Cimini praedicta reversa, et in posterum revertenda in conservationem sacrarii hujusmodi assignaverit, fabrica tamen ecclesiae, domus, et hospitalis praedictorum, quae jam jam prae vetustate fatiscitur, nullis certis redditibus dotata sit, ipsique exponentes huic incommodo per

Dat. die  
24 martii  
1795  
anno XXI.

Expositio praecum.

Clausula sub-  
lata, et decre-  
tum irritans.

Derogatio con-  
trariorum.

Nos occurri summopere desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignæmur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus grâtiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurserint, hujas tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac memoratas piorum testatorum, aut fundatorum dispositiones etiam per ultimâs voluntates pro expressis, ac de verbo ad verbum insertas habentibus, ac firmis remanentibus, quæ circa reversa dotium Cimini a memorato Clemente prædecessore fuerunt, ut præfertur, disposita, supplicationibus hujusmodi inclinatis, annua subsidia dotalia Sueyro de Azevedo nuncupata in locum pium prædictum deinceps, ac perpetuis futuris temporibus quomodolibet reverenda fabricæ, ecclesiæ, domus, nosocomii, et hospitalis prædictorum auctoritate apostolica tenore præsentium assignamus, et applicamus. Præterea quod eidem fabricæ magis magisque consulatur, eisdem exponentibus, ac gubernatori, et deputatis ejusmodi pro tempore existentibus, ut, urgente dumtaxat necessitate, cujus cognitionem illorum arbitrio, et conscientiæ relinquimus, alia quoque subsidia dotalia, exceptis ex legato Cimini provenientiibus, in eundem locum pium quomodolibet deinceps revertenda in commodum, ac utilitatem ejusdem fabricæ erogare libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quacumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus quorumcumque testatorum, seu piorum fundatorum etiam ultimis voluntatibus, quas ad præmissorum effectum sufficienter,

et expresse commutamus, et constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quarta martii, millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

MVII.

Dilatio capituli generalis celebrandi a fratribus ordinis beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo, et electio superiorum ejusdem ordinis, in provincia Romana.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Inter multa, quæ in hisce maximis rei catholice temporibus Nos undique urgent, immo quasi obtrunt, officii humilitati Nostre ex alto commissi esse arbitramur pastoralis providentiæ partes ad eos præcipue christifideles convertere, qui in humilitate, in oratione, ac in omni vitæ suæ ratione Deo proprias famulari susceperunt, ut quæ ad decus, et Ecclesiæ ornatum instituta sunt, in illius perniciem non convertantur, sed a regularibus ordinibus christianæ pietatis fructus quotidie uberiores proferantur, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Dat. die 27 martii 1795 anno XXI.

Proemium.

§. 2. Nuper siquidem a dilectis filiis prioribus conventuum fratrum ordinis beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo provincie Romanæ, seu ab illorum majori, et saniori parte expositum fuit, quod propediem nempe in tertia dominica post proximam Pascha Resurrectionis juxta statuta, et constitutiones ordinis præfati, auctoritate apostolica confirmata, capitulum provinciale provincie Romanæ hujusmodi ad novum priorem provinciale, definidores, aliosque officiales eligendos habendum esset: verum quia propter rei familiaris angustias, ac onus in alimoniam presbyterorum Gallorum, quibus quamplurimi conventus ejusdem provincie preminatur, sumptuosa nimis esset capituli hujusmodi convocatio: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, ac ut

Expositio precum.



infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessio-  
sionis.

§. 3. Nos igitur exponentes præfatos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, audito prius dilecto filio Rocho Melchor priore generali ordinis præfati, supplicationibus hujusmodi inclinati, prævia dilatione proximi dicti capituli provincialis provinciæ Romanæ ordinis fratrum beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo antiquæ observantiæ in proximum futurum triennium a dicta tertia dominica post Pascha, in qua capitulum provinciale hujusmodi habendum esset, dilectos filios Aloisium Carlini in priorem provinciam; Joachim Mariam Falconi in custodem provinciæ; Paulum Barsotti, et Simonem Pomponj in socios ad futurum capitulum generale; Dominicum Tazzi, et Jacobum Lenzi in subrogatos; Josephum Lena, Basilium Bartolomei, Camillum Bartolucci, et Mauritium Magistri in definitores, Avertanum Baudiera, Paulum Bonzi, Cyrillum Adriani, Josephum Marini in subrogatos, omnes fratres dicti ordinis expresse professos, ad proximum dumtaxat triennium auctoritate apostolica tenore præsentium facimus, constituimus, et nominamus; committentes eidem priori generali, ut ipse una cum consilio dicti ordinis priores singulorum conventuum ordinis, et provinciæ hujusmodi auctoritate Nostra apostolica constituat, et deputet; ipsis vero Aloisio, Joachim Mariæ, Paulo, Simoni, Dominico, Jacobo Lenzi, Josepho, Basilio, Camillo, Mauritio, Avertano, Paulo Bonzi, Cyrillo, et Josepho Marini, nec non omnibus, et singulis prioribus conventuum dictæ provinciæ, ut præfertur, designandis, et deputandis, ut durante triennio hujusmodi, seu usque ad futurum aliud capitulum provinciale præfatum omnibus, et singulis juribus; præeminentiis, prærogativis, auctoritate, jurisdictione, facultatibus, gratiis, indultis, ac honoribus, et oneribus solitis, et consuetis uti, frui, et gaudere debeant in omnibus, et per omnia perinde ac si in frequenti capitulo provinciali ad sua respective officia, ac

munera fuissent electi auctoritate, et tenore præfatis statuimus, et declaramus.

§. 4. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro infligendis pœnis omnibus, et singulis superioribus, fratribus, ac personis quibuscumque ordinis, et provinciæ præfatorum, ut eosdem Aloisium, Joachim Mariam, Paulum Barsotti, Simonem, Dominicum, Jacobum, Josephum Lena, Basilium, Camillum, Mauritium, Avertanum, Paulum, Cyrillum, et Josephum Marini, nec non dictos Priores suis respective officiis, et muneribus, illorumque libero exercitio juxta tenorem præsentium fungi sinant, et permittant, eisque in omnibus ad munera, seu officia hujusmodi quomodolibet pertinentia prompte pareant, et obediant, faveantque, et adsistant respective.

Sanctio poenalis.

§. 5. Ac decernentes easdem præsententes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac supradictis Aloisio, Joachim Mariæ, Paulo Barsotti, Simoni, Dominico, Jacobo, Josepho Lena, Basilio, Camillo, Mauritio, Avertano, Paulo Bonzi, Cyrillo, et Josepho Marini, nec non omnibus, et singulis prioribus, ut præfertur, designandis, et deputandis in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, aliosve quoslibet quacumque præminencia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, ordinis, et provinciæ præfatorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plane ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præ-

Derogatio contrariorum.

missorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis, quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Petrum sub annulo piscatoris die vicesima septima martii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

Dat. die  
14 aprilis  
1795  
anno XXI.

MVII.

Exemptio monasterii de Otero de las Dueñas Ovetensis diœcesis ab auctoritate abbatissæ monasterii de Gradexes Legionensis diœcesis, illiusque subjectio episcopo Legionensi.

Venerabili fratri Philippo archiepiscopo Pergensi Nostro, et apostolicæ Sedis apud carissimum in Christo filium Nostrium Carolum Hispaniarum regem catholicam nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
salutem, et apostolicam  
benedictionem.

Pœmium.

**P**astoralis officii humilitati Nostræ divinitus commissi sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christifidelium, qui sub suavi religionis jugo propriis Deo famulari susceperunt, curam gerentes ea, quæ pro tollendis abusibus, stabiliendaque regulari disciplina accommodata esse dignoscuntur, rerum prius, ac temporum vicibus mature perpensis, concedamus, prout in Domino salubriter expedire arbitramur.

Expositio præ-  
gum porrecta-  
rum a rege ca-  
tholico.

§. 2. Exponi super fecit carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus, quod cum regularis disciplina in monasterio sanctæ Mariæ villæ de Otero de las Dueñas sanctimonialium ordinis Cisterciensis congregationis reformatæ sancti Bernardi Ovetensis diœcesis circa duo præcipue capita paupertatis nempe, et clausuræ prorsus quasi collapsa esset, ipse precibus dilectæ in Christo filie abbatissæ monasterii de Gradexes ejusdem ordinis, et congregationis Legionensis diœcesis, cui præmodicum monasterium in omnibus obnoxium repetitur, sibi porrectis inclinatus, curavit, ut a dilecto filio Nostro Hippolyto Sanctæ Romanæ Eccle-

sie presbytero cardinali Vincenti nuncupato tunc archiepiscopo Corinthiensi, ac in regnis Hispaniarum Nostro, et apostolicæ Sedis nuncio apostolicus visitator delegaretur, qui sedulo omnibus perpensis de statu, ac disciplina regulari dicti monasterii de Otero referret: qua peracta visitatione, cum constiterit clausuram apertam esse, atque derelictam; quædam illius ædificia ruinosa, ac regularem obedientiam in monialibus officiis gerentibus mendosam esse, adeoque necessarium omnino esse, ut aliquod firmum, ac promptum tot malis adhibeatur remedium, hinc memoratus Carolus rex catholicus, cum optimum futurum fore arbitretur, si prævia ejusdem monasterii a quavis auctoritate, jurisdictione, atque administratione abbatissæ secundodicti monasterii de Gradexes pro tempore existentis, ac monachorum ordinis, et congregationis prædictorum exemptione, quod a civitate Legionensi vix quinque leucas distet, ad civitatem vero Ovetensem longus decem, et octo leucarum, ac imperviæ quasi, ac difficilis viæ tractus sit, episcopo Legionensi pro tempore existenti illud subiciatur, atque ad id modernus episcopus Ovetensis suum etiam præstiterit consensum, Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsius Caroli regis catholici votis quantum cum Domino possumus annuere volentes, ac statui, et regulari disciplinæ primodicti monasterii de Otero firmiter consulere cupientes, fraternitati tuæ, de cujus fide, vigilantia, ac summa in rebus gerendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, ac mandamus, ut primodictum monasterium sanctæ Mariæ in villa de Otero de las Dueñas sanctimonialium ordinis Cisterciensis congregationis reformatæ sancti Bernardi Ovetensis diœcesis, ejusque moniales, ac personas quascunque a quolibet subjectione, jurisdictione, auctoritate, atque administratione abbatissæ monasterii sanctæ Mariæ de Gradexes ordinis, et congregationis prædictorum Legionensis diœcesis pro tempore existentis, nec non monachorum ordinis, et congregationis hujusmodi auctoritate Nostra apostolica eximas, et liberes, ac exemptum, et liberam fore, et esse statuas, atque declares, ac illud omnimodæ jurisdictionis, auctoritatis, et regimini, ac correctioni moderni, et præ

Tenor concessionis.

tempore existentis episcopi Legionensis in spiritualibus, et temporalibus subiectis; eaque propter abbatissæ monasterii de Gradexes prædictæ, ac dictis monachis harum serie prohibemus, ne in iis, quæ ad monasterium huiusmodi, et monialium prædictarum spiritualia, ac temporalia gubernium pertinent, in posterum se intellatenus ingerere audeant, seu præsumant.

Præceptum de servandis decretis visitationis directam episcopo Legionensi.

§. 4. Volumus præterea, atque earundem serie venerabili fratri episcopo Legionensi injungimus, ut postquam monasterium de Otero prædicto sive jurisdictioni, atque auctoritati juxta tenorem præsentium fuerit a te subiectum, omnia decreta visitationis prædictæ pro sua prudentia, atque arbitrio statim exequi curet, et studeat, utque regularem obedientiam, ac disciplinam, ut præfertur, penitus quasi in dicto monasterio collapsam restituat: quapropter ad occurrendum scandalis, ac partium studiis, quæ inter sanctimonialia dicti monasterii de Otero in electionem novæ abbatissæ facile exoriri possent, eidem episcopo Legionensi, ut hac prima vice dumtaxat eam in abbatissam dicti monasterii pro suo arbitrio, et conscientia eligat, quæ ad revocandam in eodem monasterio jacentem legum observantiam, omnibus mature pensatis, aptior ei videbitur, auctoritate, et tenore prædictis mandamus.

Conservatio privilegiorum favore monialium.

§. 5. Insuper declaramus, quod etsi moniales dicti monasterii de Otero de las Dueñas pro eo, quod spectat spirituales, et temporalem jurisdictionem, et administrationem a dicto monasterio de Gradexes segregaverimus; ac segregatas esse, et fore decreverimus, nihilominus ipsæ gratiis, favoribus, indultis, ac privilegiis tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus dum dicto monasterio de Gradexes unitæ, et subiectæ erant quomodolibet utebantur, fruebantur, ac gaudebant, pari modo etiam post segregationem, et separationem huiusmodi perpetuis futuris temporibus uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia perinde ac si dicto monasterio de Gradexes adhuc unitæ, ac subiectæ essent.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque ju-

dices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et monasteriorum huiusmodi, etiam juramento, confirmacione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et litteris apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolutis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta aprilis millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

Derogatio contrariorum.



Dat. die  
17 aprilis  
1795  
anno XXI.

MIX.

Instante clero, magistratu, et populo oppidi Vales Conchensis diœcesis confirmatur decretum congregationis Rituum super electione beatæ Mariæ virginis titulo Dolorum in patronam principalem dicti loci.

Pius pp. VI.

Ad futuram rei memoriam.

**§. 1.** Nuper a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum decretum est factum tenoris, qui sequitur.

Conchensis.

**§. 2.** Relatis ad sacrorum Rituum congregationem ab eminentissimo, et reverendissimo domino cardinali Archinto præfecto humillimis precibus cleri, magistratus, et populi oppidi Vales diœcesis Conchensis supplicantium pro confirmatione electionis beatæ Mariæ virginis titulo Dolorum in patronam principalem ejusdem oppidi; sacra eadem congregatio, comperiens hujusmodi electionem servatis servandis, et legitime factam fuisse, eandem confirmavit, et approbavit, atque festivitati beatæ Mariæ virginis Dolorum in patronam principalem electæ prærogativas omnes sanctorum protectorum principalium festis competentes attribuit, atque concessit, assignavitque eidem festivitati dominicam tertiam septembris cum officio, et missa ritû duplici primæ classis cum octava. Die xxi. martii MDCCXCV.

Loco ✕ signi.

I. card. Archintus præfectus.

D. Coppola S.R.C. secretarius.

adassociationem petat, ab omnibus præ-  
dictis recedendum esse statuimus, et  
nullo habito examine admitti volumus.

§. 44. Cum illis vero, qui exactis  
Ferrariæ studiis lauream alio deducunt,  
et adassociationem petant, sic proceden-  
dum volumus. Autenticam fidem pri-  
mo generis, morum, patrimonii, et

Declarationes  
speciales.



studiorum exhibere tenebantur. Deinde in aula collegii solvent in scriptis casus quos prior, tentatores, aut alii a priore delecti proponant. Solutionem quæsitorum scribet ex tempore associandus, sine manuscriptis, sine libris, sine assistentibus. Si solutione (quas saltem binas volumus) laudabiliter fuerit exequuta, prior illum proponet collegio, et facto de more deposito admittetur. Sin vero minus adæquate fuerint solutiones exhibitæ, remittetur in aliud tempus expectata associatio, inito novo examine, ut supra.

Singulis, et cunctis, tam laureatis, quam associatis mandabit prior coram collegio die illa ipsa consequente laureæ, aut associationis, ut per integram biennium medicæ praxi incumbant, duce doctore aliquo provector, vel in publico xenodochio: et prohibebit interim, quodcumquæ practicam exercitium in hac Ferrariensi ditione, et quancumquæ remediõrum formularumque præscriptionem nomine proprio subsignandam interdicit, nisi autenticam fidem retulerit doctoris, aut professorum publici xenodochii per dictum tempus praxi discendæ assidue incubuisse, et nisi novum examen cui præceos medicæ, tam præsentim therapeuticæ subierit.

STATUTUM XIV.

De tentatoribus eorumque munere.

De tentatoribus.

§. 45. Delecto priore, et consiliariis modo iudicato statutis antecedentibus, a propria pyxide extrahetur unus de numero decem seniorum, qui neque prior, neque consiliarius tunc sit, et alter e pyxide sex supra numerariorum in tentatores, quorum munus non extendetur ultra quadrimestre.

De officio tentatorum.

§. 46. Tentatorum princeps officium erit: laureatorum ingenia, studia rimari, librare, excutere, antequam in collegium admittantur. Si adierint publicis disputationibus alumnorum, candidæ, et sincere referent priori, et consiliariis, antequam laude exacta fuerit disputatio, quanto ingenio polleat candidatus, an admitti posse censeant.

Idem ut supra.

§. 47. Convocati pro instituendo examine aderunt, et primo tentator numerarius difficultates proponet, et examinabit laureandum, vel associandum: deinde tentator supra numerarius nova opponet, donec priori placuerit.

Bull. Rom. Tom. IX.

§. 48. Quotiescunque instituendum erit aliquod examen, prior iubebit bello, ut per schedas admoneat tentatores, ut tali die, et hora adsint in collegio ad examinandum candidatum. Peracto examine a tentatoribus, erit in arbitrio prioris interrogare. Si tentator aliquis ægrotaverit, vel a civitate defuerit, prior deliget unum ex numerariis, si ægrotet, aut absit tentator supra numerarius. Examen autem varium erit pro variis circumstantiis expositis in antecedenti statuto, alibique.

Idem ut supra

STATUTUM XV.

De pecunia numeranda a candidatis.

§. 49. Exhibitis documentis de origine, moribus, patrimonio, et studiis, quemadmodum in statuto XIII. sancitum est, quum a priori ceterisque numerariis decretum fuerit. Candidatum insigniri posse doctorali laureâ, prior in scriptis iubebit, ut deferat scuta sex, et quadraginta penes notarium collegii, qui doctoratus die illa distribuere methodo expressa in calce statutorum, et non aliter.

De pecunia numeranda a candidatis.

Qui philosophiæ tantum lauream condecorari adamat, numerabit scuta tria supra viginti, distribuenda, ut in calce statutorum disposuimus.

Licentiandas in medicina deferet scuta septem supra viginti.

Medicos associandos numerabit scuta sex, et quadraginta, quemadmodum, et laureandos.

Chirurgos scuta quindecim, canobulis quinque.

§. 50. Quum autem veteri consuetudine invaluerit, filios doctorum nostri collegii a tali pecuniæ numeratione immunes esse, eandem immunitatem confirmamus, et scuta tantum tria cum obulis octuaginta novem numerabunt, quæ pecunia distribuatur modo declarato in calce statutorum.

Idem ut supra

§. 51. Sed alterum antiquum morem admittendi filios doctorum viva voce, amovimus, et abrogamus, volumusque, ut ipsi etiam per secreta suffragia ceterorum more admittantur. At vero si filius doctoris ad lauream accedat die ille ipsa, qua alter filius non doctoris lauream expetit, doctoris filius anteibit, et describetur primus in albo collegii. Si fuerint ambo filii doctorum, unius autem pater vivat, defunctus alter fit,

De non admittendis filijs doctorum viva voce.

præcedat ille, cujus pater vivit. Si ambo orphani patre fuerint, vel amborum patres vivant, sors litem omnem dirimet, prioremque locum obtinebit, cujus nomen primo e pyxide extrahetur.

### STATUTUM XVI.

#### *De gratiis concedendis scholaribus.*

De gratiis concedendis scholaribus.

§. 52. Quum non raro fortunæ bona nonnullis deneget natura, suppleat vero ingenii aciem elargiendo, quo probe exculto, et bonis moribus exornato, a tenui radice sapidissimos fructus, a missella stirpe utilissimum civem surgere videamus, ne ipsius naturæ molimini nos adversemur, statuimus, quod si pauper aliquis scholaris ingenii acumine præditus, et bonis moribus institutus doctoralem lauream expetat, illam autem consequi nequeat hac qua de causa, quod decretam pecuniam numerare non possit, supplicem audiat prior, audiant decem seniores, et habitis ineluctabilibus documentis de rectis moribus, certis experimentis de raro ingenio, et incussis testibus de assiduitate studii, prior illum laureandum proponat collegio decem numerariorum cum medietate tantum depositi: et si duæ tertiæ partes annuerint, admittatur cum voce activa, et passiva. Insuper si tanta fuerit paupertas, ut gratiam ultra medietatem petere sit coactus, ab omnimoda, et totali pecuniæ enumeratione absolvetur, dummodo de summa ea paupertate, legitime constet, et duæ, ut supra, tertiæ partes talem gratiam elargiebamur judicaverint. Huic numerariorum decreto stare debent, supranumerarii, et additi, nec quidquam repetere ab illo, cujus mores, ingenium, studia, collegii decus adaugere promittunt. Talis vero gratia nulli usquam impertiatur, nisi certo constiterit ex una parte, tam parvam domerem esse, ut ex avito, paternoque asse nihil deprohni possit; et ex altera plurimi habeatur candidatis ob morum candorem, ingenii acumen, constans studium.

### STATUTUM XVII.

#### *De penis imponendis non intervenientibus ad solemnia doctoratus.*

§. 53. Qua die accesserit aliquis doctoralem lauream postulaturus, modo in sequenti statuto declarato, et die altera, qua in doctorum numerum cooptabitur, volumus, quod doctores omnes, tam novelli, quam seniores non legitime impediti semper intersint doctorali habitu induti tempestive præsentés, tam orationi junioris lauream candidati nomine petentis, quam dissertationi, vel punctis a laureando enucleandis. Qui sani, et in civitate degentes, legitime non impediti defuerint, carebunt muneribus bellariorum, et chirothecarum, etiamsi additi fuerint, supranumerarii, numerarii ipsi, vel numerorum proventus; si una, vel altera die non comparuerint. Pecunia vero in tali casu inobedientibus negata revolvetur in favorem collegii.

De penis imponendis non intervenientibus ad solemnia doctoratus.

§. 54. Declaramus insuper, penes nos idem futurum, sine doctorali habitu adesse, ac omnino adfuisse, idem abfuisse, ac sero nimis accessisse, protracta nempe, vel perorantis junioris oratione, vel laureandi dissertatione, vel punctorum solutione, super istis, tamen iudicium remittitur prudentiæ prioris.

Declaratio specialis.

### STATUTUM XVIII.

#### *De ordine servando in solemnibus doctoratus.*

§. 55. Quam ex inconcussis documentis constiterit, omnia concurrere circa originem, patrimonium, mores ingenium, studia, quæ a laureando expectimus in statuto XIII., conferendæ vero laureæ tempus, jam properet, prior collegii in scheda (quam subscriptent quoque consilarii) indicet numeranda scuta sex, et quadraginta, et habita fide notarii pecuniam numeratam fuisse, doctoratus solemnia sic institui volumus.

De ordine servando in solemnibus doctoratus.

Assignata a priore die, et hora adscribendus in doctorum numerum, accedet cum promotore suo, et cum juniori aliquo doctore, qui ambo induti erunt habitu talari, et prænote bedello adibunt omnes reverendissimum vicarium excepturi, et cum ipso collegium

repetent. Aderit ad valvas collegii prior indutus habitu talari, qui reverendissimum vicarium excipiet, et concomitabitur ad locum suum usque, sedens a dextris illius, promotor a sinistris. Quum omnes sederint, candidatus alta voce leget professionem fidei, qua recitata, junior medicus latina oratione exoptatum laureæ decus candidati nomine exposcet. Absoluta oratione, prior assignabit materiam physico practicam, super qua novus cooptandus tenebitur physico medicam dissertationem sequenti die habere coram collegio, vel pro dissertationis materia assignabit prius punctum unum philosophicum, alterum medico practicam ex aphorismis Hippocratis, ambo postera die enucleanda. Assignata dissertationis materia, vel juxta veterem consuetudinem puncto Aristotelico, et Hippocratico, prior a pyxide juniorum duos extrahet, qui contra dissertationem, aut puncta argumentari sint parati. Quibus peractis, cum reverendissimo vicario statuet horam sequentis diei pro laurea conferenda, et reverendissimum vicarium ad valvas usque collegii concomitabitur.

Idem ut supra

§. 56. Hora statuta laureandus cum promotore suo, et juniore doctore illo, qui hesternam die orationem habuit, præcedente bedello, reverendissimum vicarium adhibent, et cum eodem in aulam collegii reduces quum fuerint, summumque locum omnes petierint, candidatus invocato divini numinis, et deipare auxilio, assignatorum punctorum explicationem aggrediatur, si puncta enucleanda susceperit, vel assignatam dissertationis materiam aperiet, eaque declarata, statuet propositionem, vel affirmativam, vel negativam, quam deinde pro viribus magistraliter in scriptis exaratam, academico more dicet. Explanatis punctis, absolute dissertatione, jubebit prior, ut ex assignatis junioribus primus arguat, qui primo doctoralem lauream consequutus fuit, post illum vero alter. Solutis difficultatibus, laureandus cum juniore promotore suo exhibit ab aula collegii, et ponentur comitia, et si duæ tertiæ partes annuerint, bedellus alta voce faustum, felicemque exitum nuntiabit. Tunc collegio gratias refert candidatus. Surgens promotor suus nonnullis habitis verbis de ingenio, moribus, et præstantia candidati, doctoratus insignia illi conferet. Admissas, et hoc ordine in doctores cooptatus iurjurandum dabit a sancto pontifice Pio V. decretum, deinde promittet observantiam statutorum

hujus collegii legens sequentem formulam.

§. 57. *Ego N. N. in philosophiæ, et medicinæ doctores cooptatus, promitto, ac juro hujus collegii plenam statutorum observantiam. Sic me Deus adjuvet, et hæc sancta Dei evangelia.*

De formula legendæ a doctore.

Descendens novus laureatus a collegio, si illi ipsi libuerit, tradet priori scriptam dissertationem in fastis collegii conservandam.

Quod si alicui placuerit philosophica tantum laurea insigniri præhabitis literis de origine authenticis, de moribus, ingenio, studiis, sanctoque deposito scutorum trium, et viginti, per juniorem doctorem lauream doctoralem deposcet. Prior assignabit punctum Aristotelicum, vel philosophicam materiam sequenti die magistraliter exponendam, contra quam unus ex junioribus jussu prioris arguet. Cetera deinde peragentur, quæ peragenda statuiamus in cooptando alumno inter philosophiæ, et medicinæ doctores.

#### STATUTUM XIX.

##### *De examine licentiandorum in medicina.*

§. 58. Si forte alicui in chirurgia jam pridem adprobato grave nimis videatur internis morbis manum admoveere nequaquam posse, hoc autem libere posse in majus sibi decus vertere, uberioresque proventum redundare arbitretur, et utroque munere idcirco fungi, ac potiri expetat, exhibeat primo authenticam fidem illustrissimorum reformatorem pontificiæ universitatis, qua constet mandatis apostolicæ constitutionis adamussim satisfacisse prior indicet per schedam more solito a consiliariis subscriptam numeranda notario scuta septem, et viginti. Referente notario candidatum hoc adimplevisse, prior per schedas admonere faciet socios numerarios, coram quibus in aula collegii instituetur examen per varias, easque multas interrogationes praxim medicam spectantes, et remediorum virtutem. An idoneus fuerit, secreta suffragia declarabunt, quorum si major pars concurrerit, habilis, aptusque dicetur. Tunc prior nomine collegii jubebit candidato, quod per integrum bionium praxi medicæ sedulo incumbat in publico xenodochio, vel penes aliquem physicum professorem, a quo

De examine licentiandorum in medicina.

fidem talis studij diligenter absolute re-  
portet, quemadmodum in statuto XIII  
decrevimus. Exacto per biennium pra-  
ctico exercitio, collegium medendi fa-  
cultatem hac conditione impertietur, et  
quandocumque oportuerit novum exa-  
men iudici, et institui, teneatur man-  
datis obtemperare: inobediens enim ab  
exercitio suspendetur.

Pro novis examinibus nullum  
erit onus, sed gratis institui manda-  
mus, et hac una de causa in primis,  
ne post assequitam medendi facultatem  
studio, libraramque lectioni valeant  
licentiam, quibus prohibemus praxim  
exercere, ubi medicus nostri collegij  
incolit, ibi domicilium habens. Ta-  
dem in obitu cujuscumque physici in-  
vigilabit, aut observentur mandata emi-  
nentissimi principis Francisci card. Ca-  
rafa a latere legati.

### STATUTUM XX.

#### De pharmacopolis, et eorundem officiis.

De pharmaco-  
polis, et eorum  
officiis.

§. 59. Quum præcipua priorum of-  
ficia in statuto IV. receosebamus, quæ  
recte, diligenterque ab ipsis exequi tan-  
ti refert hominum reipublice, quorum  
salus nobis commendata primum artis  
objectum est, inter ea illad etiam, at-  
que etiam majori, qua fieri possit ani-  
mi, et corporis contentione exequen-  
dum nobis proponebamus, quod circa  
pharmacopolarum peritiam, et operam,  
eorumque officinas recte administran-  
das versatur. Hæc quidem remediaram  
simpliciam, Galenicorum, et chymico-  
rum ope, copia, delectu, præparatio-  
ne, adervatione excellere debent, quæ  
omnia si minus, et oscitantem, quando-  
que parata fuerint, ad damnum egrotan-  
tium bono, et saluti nedam, sed et  
pharmacopolarum imperitiæ, aut ne-  
gligentie, vel rei eorundem familia-  
ris angustie, quæ præsertim officina-  
rum suspensionem meretur, verum,  
et collegij nostri non levi errori verten-  
dum jure sit. Atque quum statuta nos-  
tra, quæ nunc reformanda suscepim-  
us, illis omnibus, quæ provide, ac  
sapientissime a Clemente XIV. felici  
reconciliationis, cum quo ad facultatem  
nostram, cum quo ad alias, quæ sunt  
janseni nostri, et quibus præcesse debe-  
mus, adamussim responderé debeant,  
siquæ inter sanctitas leges ea legitur,

quæ rei pharmaceuticæ, et chymicæ  
candidatos, idest pharmacopolarum alu-  
minos, vult, et jubet, antequam isti  
artis professores salutentur, botanicæ,  
et chymicæ studio per quadriennium  
operam navasse.

§. 60. Nos idcirco, qui primi de  
eorundem idoneitate certiores meremur  
fieri, supradictæ sanctissimæ legi in hæ-  
rentes statimus, tentamini cujuscum-  
que e pharmacopolarum alumnis arti  
aggregandi priorem nostram interesse,  
qui primus, si velit, interrogabit, per-  
pendens, an candidatus necessaria re-  
quisita habeat. Quibus probatis, et exi-  
stentibus admissio, vel reprobatio per  
secreta suffragia ab iis, ad quos spectat,  
in pharmacopolarum arte, pendebit.  
Porro pharmaceuticæ artis dignitati con-  
sulescentes decernimus, hujusmodi exami-  
na, quemadmodum reliqua aliarum fa-  
cultatum, quæ e provincia medica  
sunt, in aula collegij nostri absolvi,  
et ne a majori hac experimenti cele-  
britate res nostras augere, experimenta  
ista per nos gratis fient.

§. 61. Statuimus præterea, quem-  
libet priorem prioribus sui temporis,  
quotiescumque illi libuerit, et præser-  
tim si illius antecessores non adierint,  
officinas omnes civitatis has ingredia-  
tur, sedeat pro tribunali cum duobus  
e collegio adscitis, pharmacopolarum  
consule, notario collegij, et bedello,  
his omnibus habitu illo, quo solemniter  
indui solent, omnia in medicamenta,  
quæ a nobis in folio descripta sunt,  
diligentissime visitet, approbet, rejiciat,  
et pro rei dignitate jubeat omnia,  
quæ ipsi opportuna visa fuerint, uti-  
liora semper officinæ instruendæ, et  
conservandæ.

§. 62. Quemadmodum vero dede-  
cet judicem in propria causa judicare,  
ita statuimus, priores, si filii, fratres,  
vel proxime affines pharmacopolæ, ali-  
cujus fuerint, vel proventu, et usu fruatur  
officinæ, hujusmodi officinas suc-  
cessivo priori visitandas relinquere, ne  
de integritate eorundem judicii quis,  
et si minus æque, audeat dubitare.

§. 63. Visitaciones fient exemplo,  
neque, uti nos erat, stato quodam tem-  
pore, neque admonitis pharmacopolis,  
quorum solertia, promptitudo, diligen-  
tia quavis die eadem semper esse de-  
bet. Tenebitur notarius collegij eorum,  
apud quos examen institutum fuerit,  
nomina describere, ut successivis prio-  
ribus notum sit, num omnes civitatis  
officinæ semel, quod expresse statu-  
mus, saltem in anno visitatæ fuerint.

De examine  
pharmacopola-  
rum instituen-  
do.

De visitatione  
officinarum.

De judiciis fe-  
rendis.

De modo fa-  
ciendi visita-  
tionem.

De vigilantia  
pro officinis du-  
catus adhiben-  
da.

§. 64. Verum quum non tantum in omnibus civitatis officinis regendis prothomedicatus vigilantia contineatur, sed ad reliquas, quæ in ducatu Ferrariensi, ( paucis speciali gratia privilegij exceptis ) dirigenda sit, neque e re collegij sit expensas subire, quæ visitationibus his habendis sufficiant, hinc taxamus quemlibet pharmacopolarum, qui in ducatu officinæ proventu, et usu fruatur, pro summa scuti unius argentei quolibet anno solvendi favore collegij, cujus redditus ope in integro, et vicissim prothomedici pro tempore professore loci, aut viciniori sibi delecto, una cum nostro pharmacopolarum consule, et notario collegij, totius provincie officinas adhibunt, et visitabunt, neque; præter dictum scutum, pharmacopolæ ducatus complendæ in integro triennio, non poterit summa, quam a pharmacopolis solvendam statuimus, in ullum alium usum erogari, præter assignatam pro visitatione officinarum, neque redditus alios nostri collegij pro hujusmodi visitatione insumendos permittimus prior una, et consiliarii mandatum pro summa impendenda quolibet anno subscribent. Omnia, quæ ad visitationes jam factas spectant, pro reliquarum norma, et quidquid impensum fuerit prior in actis collegij diligentissime describet. Si autem pharmacopola quicumque civitatis, aut ducatus contradicere, vel obstare ausus fuerit, priori illum in scutis decem condemnare liceat, quorum dimidium reverendæ cameræ apostolicæ, alterum collegio nostro applicetur. Si autem antiqua nimis medicamenta fuerint, nec juxta artis leges composita, aut male adservata, prior illa projiciet, et si pharmacopola obstiterit, mulctabitur, ut supra.

§. 65. Pharmacopolarum nullis audeat ponere quid pro quo, absque consensu medici, qui formulas præscripserit sub eadem pœna, nec formulam illam expediat, nisi ab aliquo collegij professore subscriptam.

§. 66. Ducatus officinas pharmacopolarum dum adit prior, repetet a pharmacopola autenticas literas suæ ad probationis; quibus si careat, nec in pharmacopolarum artem sit admissus, prior jubebit, ut inter certum temporis spatium ea absolvat, quæ præmittenda diximus, antequam artis professor salutetur. Inquiret insuper prior, qui sint chirurgi, qui phlebotomiam exercent, quæ obstetrices illius loci, et singulis vocatis repetet a quocumque autenticas literas ad probationis suæ,

quibus, si caruerint, mandabit his omnibus, ut sibi ipsis consulant ea peragendo, quæ in statutis nostris jussimus ad quamecumque harum facultatum a collegio nostro legitime obtinendam.

§. 67. Tandem æquitati nedum, sed vero, et legitimo pro reipublicæ bono exhibendorum remediorum systemati consonum statuimus, minime tolerandos aromatariorum quosdam, qui vulgo *droghieri* nuncupantur, qui medicinas faciunt, et vendunt, quum soli in arte periti de dosi, et qualitate medicamentorum nobis respondere possint; hinc iniquam dictorum aromatariorum consuetudinem damnamus, et multamus toties quoties in scutis quindecim, quorum tertia pars reverendæ cameræ apostolicæ, una collegio, altera accusatori applicetur. Neque potuerunt illi sub eadem pœna, vel tenue minorativum medicamentum vendere, neque formulas ipsas a professoribus subscriptas expedire, quorum omnium jus, et ratio ad pharmacopolas omnino spectat.

De venditione  
medicamentorum  
a droghe-  
riis non facien-  
da.

## STATUTUM XXI.

### De examine chirurgarum.

§. 68. Adprobandus in chirurgia omnium primo exhibebit autenticas literas illustrissimorum reformatorum pontificiæ nostræ universitatis, a quibus constet in anathomis, et chirurgicis studiis tempus illud impedisse, quod in apostolica constitutione Clementis XIV., sancitum est. Exhibebit insuper certam fidem professoris chirurgiæ xenodochii sanctæ Annæ, quæ declaret per biennium saltem interfuisse frequentissimè, et succenturiatam operam dedisse in medendis externis morbis. Quibus præhabitis numerandæ pecuniæ schedam accipiet, et subscriptam a priore, et consiliariis, et referente notario collegij candidatum numerasse scuta quindecim cum obulis quinque, prior imperabit bedello, ut decem numerarios admoneat per schedas, ad hoc ut tali die, et hora in aula collegij examini instituendo intersint. Si quis ex senioribus sanus, non legitime impeditus defuerit, non percipiet scutum unum argenteum, quod pro quolibet chirurgiæ candidato unicuique seniorum debetur, sed revolvetur in favorem collegij.

De examine  
chirurgorum.

De formulis  
a medicis scri-  
ptis fideliter  
exequendis.

De literis au-  
tenticis ad  
probationis a  
pharmacopolis  
servandis.



De peragendis  
in examine.

§. 69. Statuta die, et hora, congregatis septem saltem ex decem senioribus, junior aliquis doctor collegii nostri soluta oratione italica, candidati nomine examen ineundum petet a collegio. Peracta oratione, prior interrogabit, et post illam ex numerariis quicumque maluerit; vel si prior interrogare noluerit, numerarium tentatorem, vel alium deliget ex numerariis presentibus, vel advocabit aliquem collegii nostri doctorem ad examen instituentium. Examine laudabiliter peracto, ponentur comitia, et si major pars annuerit, admissus erit, et adprobatus, eique collegium impertietur facultatem curandi morbos externos tam in civitate, quam in toto ducatu. Facultas autem his limitibus circumscribitur, ut quotannis per biennium vocatus ad examen teneatur rationem reddere studii sui: vel examinis loco nam, vel alteram observationem Italice scriptam collegio subijcere. Isti, vel alteri imposito muneri, quum satisfecerit, libere in posterum chirurgiam exercere datum erit. Mandatum hoc adimplevisse constet per subscriptionem prioris, consiliariorum, et notarii sub reportato privilegio, cujus formula erit in calce statutorum. Pro novis examinibus, novaque peractæ rei fide nullum onus esse mandamus, sed omnia gratis fieri a collegio, et notario. Hæc observanda volumus a cive, vel indigena chirurgo; secus ab extero, qui nec in civitate, nec in ducatu professionem exerceat, sed alio transmigret. Quod si penes nos morari placuerit, iisdem conditionibus teneri mandamus, quibus indigenæ ceteri.

Monita danda  
adprobato.

§. 70. Adprobato chirurgo interdicet prior internis morbis manus admovere. Jubebit insuper, sub pœna suspensionis ab exercitio, medicos in consilium advocare in morbis externis periculo stipatis, et quotiescumque magna chirurgica operatio instituenda erit.

### STATUTUM XXII.

#### *De examine phlebotomiam instituentium.*

De examine  
phlebotomiam  
instituentium.

§. 71. Invaluit antiqua consuetudo, quod nemo inter phlebotomiam exercentes adnumeretur, nisi prævio examine coram priore collegii. Veteri mori inhaerentes statuimus, quod in posteram

prior neminem ad examen admittat, nisi fidem retulerit a professoribus medicis, et chirurgis publicis xenodochii, qua constet, saltem per quadriennium serio ibidem incubuisse variis operationibus hanc chirurgiæ partem spectantibus, easque frequenter, et cum laude exercuisse. Prior nedum sedebit pro tribunali, verum poterit examen aperire interrogationibus pluribus. Quam vero post adprobationem concedatur facultas phlebotomiam exercentibus, *primæ intentionis*, ut vulgo igitur, facultas nempe vulnera prima vice medendi, fracta ossa componendi, restituendi luxata, decidua intestina in antiquam sedem reponendi, compescendi hæmorrhogiam, super istis potissimum candidatum tentari volumus; præterea, quum jussu summorum pontificum, et edictis eminentissimorum legatorum teneantur, post institutum cujuscumque vulneris apparatus, delationem inflicti vulneris in scriptis exhibere foro criminali, volumus propterea, ut in chirurgiam forensi examinentur. Si objectis laudabiliter satisfecerit candidatus, prior authenticam fidem faciet suæ idoneitatis ea formula, quæ expressa est in calce statutorum, antiquam rejiciens, quæ olim ab arte concedebatur; tenebitur novus admissus obtemperare edictis eminentissimorum legatorum, et illi nuperrimo eminentissimi Francisci cardinalis Carafa a latere legati.

### STATUTUM XXIII.

#### *De examine obstetricum.*

§. 72. Quum tristi quodam deplorabili fato antiquitas invaluerit, et penes nos vigeat adhuc malesana consuetudo perniciosissima, qua pretiosa, et inestimabilis hominum vita inscitæ feminarum quarundam concedita in ipso sui ortu sæpe succiditur, et suffocatur, nec valeamus prægnantes mulieres ab inveterato usu revocare, adeo, ut resipiscentes tandem, et propriam, et filiorum suorum vitam peritis hominibus servandam potius committant, quam in expertis mulierculis tanto cum discrimine fidere, tot fuerum infaustissimam radicem pro viribus obtruncaturi statuimus, quod nulla mulier in posterum obstetricis munus exercere valeat, nisi primo authenticam fidem exhibuerit; per biennium saltem theoreticis le-

De examine  
obstetricum.

ctionibus, et practicis exercitiis diligentissime interfuisse professoris ad hoc munus delecti. Ad quam rem assequendam, implorata eminentissimi, ac reverendissimi principis Francisci cardinalis Carafa a latere legati auctoritate, obtinimus, quod tam jampridem adprobatae obstetrices, quam adprobandae, et admittendae debeant decretis diebus, et horis locum assignatum adire sub poena suspensionis ab officio, si primae illae non legitime impeditae defuerint, sub poena exclusionis ab examine, si assidue, et diligentes lectionibus non intervenerint istae. Stante igitur indubia attestazione praedicti professoris de assiduitate, profectu, et idoneitate mulieris, adhibet curiam archiepiscopalem, ubi rationem reddet de rebus spectantibus ad baptismum. Reportata attestazione reverendissimi vicarii, coram priore, et numerariis in aulam collegij congregatis examen inibit, quo peracto, per secreta suffragia, vel idonea admittetur, vel refelletur incapax. Si idonea judicata fuerit, prior fidem faciet de idoneitate, formula expressa in calce statutorum. Fidem subscribeat consiliarij, et notarius, coram quibus omnibus admissa obstetrix jurabit legens sic.

§. 73. Io N. N. approvata dal collegio degli eccellentissimi signori medici di Ferrara ad esercitare l'arte della mammana, prometto, e giuro toccando il sacrosanto Vangelo, di esercitare cristianamente la mia professione, e di custodire gelosamente il secreto in quei casi, che non devono sapersi. Prometto di chiamare ne' parti difficili, e pericolosi qualche eccellentissimo medico, e professore chirurgo. Prometto di non ordinare mai sanguigne, vomitori, cordiali, solutivi, o altra cosa, ma di ubbidire esattamente, a quanto m'impugnono gli statuti di questo eccellentissimo collegio, e mi comandano i bandi degli eminentissimi signori cardinali legati.

#### STATUTUM XXIV.

*Quod nemo, nisi adprobatus a collegio, mederi possit.*

§. 74. Quae hactenus statuimus extendunt omnia, et singula, ut civium, incolarumque vita incolumis in sevim servetur, vel labens restituatur. Quum autem tristi experientia didicerimus, nonnullos in vitae discrimen coniectos

fuisse, et quod gravius est, occubuisse ob imperitiam quorundam, qui medici nomine, et facultate abuteutes praesim exercent, ne in posterum humanae societatis infensissimi hostes istiusmodi in civitatem, et ducatum furtim irrepant, statuimus, quod nemo sive indigena, sive advena fuerit, audeat exercere medicinam, nec chirurgiam, nec phlebotomiam, nisi admissus, adprobatus, et judicatus fuerit idoneus a collegio decem numerariorum, sub poena carceris, et scutorum aureorum viginti quinque. Interdicimus idecirco cuiquamque non adprobato medicamenta praescribere, parare, vendere, et quodcumque practicum exercitium prohibemus. Quod si advena aliquis doctoralem lauream alio deduxisse dicat, et ideo praesim exercere contendat, a priore advocetur, collegium petat, et coram decem numerariis, qui sit, et quantae idoneitatis, ac doctrinae vir palam ostendat. Doctos enim homines, et sapientes collegium nostrum semper amplectetur, et in honore habebit.

#### STATUTUM XXV.

*Quomodo cum agyrtis, et circulatoribus agendum sit.*

§. 75. Circulatorum, et agyrtarum nullus medicamenta quaelibet, vel interne assumenda, vel externe applicanda, neque private, neque publice poterit vendere, sub poena carceris ex iussu principis, et scutorum viginti quinque in totidem partibus reverendae camerae apostolicae, collegio nostro, et accusatori applicandorum. Porro ad evitandam magis, magisque hominum perniciem, quam circulatorum remedia persaepe afferunt, jam extat decretum eminentissimi, et reverendissimi principis Francisci cardinalis Carafa hodierni a latere legati sub die xxx. junii MDCCLXXXI, quo iussit, quaecumque medicamenta tam pro usu externo, quam pro interno, quae quotidie circumferuntur, unguenta scilicet, olea, spiritus, electuaria, balsama, pulveres, et alia non posse permitti, nisi convocato a priore pro tempore numerariorum collegio, cui apertissime constet de omnibus, et singulis, quae remedium quodlibet ingrediuntur, et si medicamenta jam parata fuerint, constet pariter per analysim, qua probe perspicatur de eisdem ingredientibus. Tunc prior relationem sub-

De iurejurando praebendo ab obstetricibus admissis ad exercitium artis.

De agyrtis, et circulatoribus.

De vetito exercitio artis pro non approbatis a collegio.

scribat, qua attentam circumforanens gratiam vendendi, si ipsi visum fuerit, ab eminentissimo, et reverendissimo legato impetrabit.

De secretis ab ipsis inventis patefaciendis collegio.

§. 76. Quod si ex his aliquis forte utile secretum invenerit, ne ipsi præjudicium inferatur ex ipso supradicto decreto, nos monemur teneri juramento, arcanum illud nos nemini revelatos. Ne vero aegyptæ remediis suis abutantur, statuimus insuper, quod de medicamentorum componentium viribus, et de morbo, in quo convenire prædicant, coram collegio interrogentur, a quibus rectam adhibendi methodum audient, quæ audita illa, et non alia ratione, uti debeant. Non audeant hujuscæ furfuris homines remedia alia insimul, sub antedictis pœnis vendere, neque unquam ullius interni morbi curationi se immisceant.

De taxa solvenda a circumforaneis.

§. 77. Circumforaneus ante relationem collegii solvet scuta duo favore collegii, et julium unum, vel alterum tantum: quo tempore elapso, si circulator adhuc morari contendat, et prædicta vendere, tenebitur innovare scientiam, et solvere iterum scuta duo, et julium unum; et sic quotiescumque confirmari petierit.

### STATUTUM XXVI.

*De provisione doctorum nostri collegii.*

De provisione doctorum.

§. 78. Ne forte alicui juniore gravi nimis videatur impositum onus, quod pro consequenda doctorali laurea volumus, neve laboris malo omniæ pertæsus libris, et practico exercitio valedicat ad excitandos, sustinendosque alumnorum animos, ut in dies meliores, doctioresque fiant, illis consulere, et operam ferre decrevimus statuendo, quod in Ferrariensi ducatu nullus, qui non sit status ecclesiastici subditus, et a collegio nostro lauream reportaverit, possit in qualibet ducatus parte mederi, nec publico munere in aliqua oppido conducere, nisi ab eminentissimo legato pro tempore licentiam in scriptis habuerit, ac a nostro collegio fuerit etiam licentiatum, et hoc sub pœna scutorum aureorum quinquaginta, quorum una pars reverendæ cameræ apostolicæ, altera collegio nostro, tertia accusatori distribuatur.

De servando capitulo magni xenodochii sanctæ Annæ.

§. 79. Præterea quum nobis jam pridem innotuerit, quod in magni xenodochii sanctæ Annæ ordinibus gene-

ralibus humanissime fuerit insertum capitulum infrascripti tenoris videlicet: *Dovranno i medici tanto fisici, quanto chirurghi, che saranno eletti alla cura degli infermi dello spedale, essere cittadini originari, e collegiati nel collegio di Ferrara, che almeno i principali abbiano esercitata la carica di medicare in Ferrara dieci anni continui, e che siano di buona fama, e di ottimi costumi, e per tali riputati dalla città; e quando venisse, che non ce ne fossero di originari, o che questi non volessero servire l'ospitale, con gli obblighi, e provisioni a tali cariche stabilite, in tali casi se ne possono eleggere di forastieri, e di non collegiati come sopra, e non originari.*

Nos ideo propensione tam benigne debitas gratias totius collegii nomine rependentes, oblationem acceptamus, prioribusque collegii futuri imponimus, quod in casu vacationum toto spiritu insistere debeant, ut in provisione medicorum, et chirurgorum in xenodochio prædictum capitulum integre servetur, nostrorumque collegium nullo præjudicio vulneretur, ac alterius benevole voluntatis sortiatur effectum.

### STATUTUM XXVII.

*De redditibus collegii.*

§. 80. Nullus prior in posterum poterit arbitrari suo adaugere, aut imminuere pecuniam a candidatis numerandam, sed si adangeri, aut imminui oportuerit, convocabit octodecim seniores, quibus exponet causam augmenti, aut imminutionis, et per secreta suffragia statuatur, an recedendum sit, et quantum a quantitate infra descripta.

De pecuniis a candidatis solvendis.

§. 81. Scilicet tam laureandus, quam adsociandus numerabit scuta sex supra quadraginta. Licentiandus in medicina solvet scuta viginti septem, philosophus scuta viginti tria, chirurgus adprobandus scuta quindecim cum obulis quinque. Phlebotomiam acturus scutum unum. Obstetrix scutum unum. Circulator, et aegypta scuta duo, et julium unum. Pro aromatario gratis.

De taxa pro laureandis.

§. 82. Quæ pecunia distribuatur in quolibet casu ratione descripta in capitulo statutorum. Superstes a distributione pecunie per schedam subscriptam a priore, et consiliariis dabitur notario col-

De distributione pecunie solvendæ a laureandis.

legii, qui favore ipsius collegii custodiendam tradet trapezitæ.

Filius doctoris collegii nostri solvet tantum scuta tria cum obulis octoginta novem distribuenda, ut loco citato declaravimus. Bellaria tamen collegiatis donanda, uti mos est, ære proprio comparabit.

De pecuniis  
dono datus.

§. 83. Præterea in favorem collegii revolvetur omnis pecunia, quæ ab intervenientibus doctoribus festivitati sancti Lucæ patroni nostri dono dabitur. Alia insuper, quæ privabuntur inobedientes, aut plectentur contravenientes statutis. Volumus insuper, quod data promotione collegii per obitum alicujus numerarii, omnes ascendant quidem, modo in statuto IV., indicato, sed pro prima vice proventus novi additi, supranumerarii, numerarii ipsius sint favore collegii, scilicet junior adscitis inter additos in primo doctoratu, aut adassociatione nihil percipiet. Additus ille, qui in supranumerarios ascendit, percipiet quotam additi, supranumerarius admissus inter decem seniores pro prima vice, quotam habebit supranumerarii.

De oblationibus  
quolibet  
anno faciendis  
a pharmacopolo  
ls.

§. 84. Favore collegii quoque erit sentum illud, quod singulis annis persolvit quilibet pharmacopola officinam habens in ducatu locis subjectis regimini nostri collegii. Statuimus tamen, et mandamus, quod pecunia ista a pharmacopolis ducatus numerata in nullum alium usum converti possit, nisi pro instituendis visitationibus ipsarum officinarum in ducatu existentium. Talem pecuniam non laxabit trapezita, nisi habuerit schedam subscriptam a priore, et consiliariis, quæ indicet officinarum pharmacopolarum visitationibus inservire debere.

### STATUTUM XXVIII.

*De electione notarii, et bedelli.*

De electione  
notarii.

§. 85. Si notarius, aut bedellus moriatur, aut officium suum, qua de causa dimiserit, alterve expungi debeat, prior convocabit collegium octodecim seniorum, proponet concurrentes, et positis comitiis ille deligetur in notarium, aut bedellum, qui majorem suffragiorum numerum obtinebit. Si unus tantum fuerit, qui munus petit, electus erit, si major pars annuerit.

*Bull. Rom. Tom. IX.*

Notarii princeps munus erit adesse cuicumque functioni collegii depositam pecuniam excipere, factaque distributione, ut infra declaratum est, superstitem pecuniam in scheda a priore, et consiliariis subscripta delecto trapezita tradere: acta collegii diligenter describere. Nolumus, quidquam repetat a candidatis sub quovis titulo, sed ea tantum percipiet, quæ in singulis circumstantiis præscripta sunt, sub pena suspensionis ab officio.

De electione  
bedelli.

§. 86. Aderit bedellus habitu collegii indutus omnibus functionibus, et quotiescumque, data opportunitate, prior jusserit schedas omnes parabit, obsignando diem, et horam statutam a priore pro conferenda laurea, institutis examiniibus, visitationibus officinarum pharmacopolarum etc., illasque tempestive distribuet. Adnotabit omnes, qui defuerint a solemnibus sancti Lucæ, et sanctissimi Corporis Christi, et priori referet. Prior autem obsignandos in actis collegii tradet notario. A candidatis nullo titulo quidquam repetet, sed percipiet, quæ illi in respectivis functionibus assignata sunt.

### STATUTUM XXIX.

*De renovatione horum statutorum.*

§. 87. Si quæ forte dies illuxerit unquam, qua nepotes nostri, nostrique posterius necessariam habeant horum statutorum innovationem, vel reipublicæ bono illis consonum videatur aliquid addere, vel emendare, hoc ordine incedendum esse mandamus. Congregatis sexdecim senioribus, tres e decem numerariis, et unus ex sex supranumerariis, per majorem secretorum suffragiorum numerum eligantur in statuarios, qui nova statuta, prout illis videbitur, conficiant. Illis absolutis, convocato collegio octodecim legantur, et si majori parti collegii arriserint, approbentur, et in collegio rata sint, ac firma: si vero non aliter provideatur, bene ordinandorum discussa materia, donec duobus tertiis partibus collegii procluerint, quæ per statutarios ordinata fuerit. Et quum jam fuerint approbata in præsentia doctorum de collegio, omnibus dictis doctoribus de collegio, præstet prior sacramentum, illa sic ordinata manutenere, et inviolabiliter servare sub pena perjurii; et sic omnes doctores jurare teneantur. Qui

De renovatio-  
ne statutorum

jurare renuerit, recedat a collegio seniorum. Quam proponimus observandam methodum, nos ipsi sumus sequuti.

### STATUTUM XXX.

#### *De statutis observandis.*

De statutis observandis.

§. 88. Statuimus, ac volumus, quod omnia statuta, et singula in statutis contenta inviolabiliter serventur, et quod non debeant, nisi ad meram literam intelligi. Quod si contingat, ea per aliquem glossari, eis aliquid addi, aut aliquo modo vitari, illæ glossæ, seu additiones pro nullis habeantur, ac falsis: et si fuerit doctor, qui ea glossaverit, addiderit, addi fecerit, aut minuerit, privetur perpetuo de collegio, neque possit ullo tempore in officio remitti, nisi glossæ tales, seu additiones, nemine discrepante octodecim seniorum, admixtæ fuerint; quæ omnia de manu tantum nostri notarii in libro statutorum scribi debeant, neque audeat aliter id facere. Et si aliquo casu acciderit, doctores de collegio supradictorum statutorum aliquid suspendere, ac dispensare velle, nolumus hoc posse fieri, nisi omnibus doctoribus unanimiter assentientibus; eorumque nemine discrepante, et hoc sub pena perjurii.

De glossibus, et additionibus a senioribus factis.

§. 89. Ceterum sive glossæ illæ, seu additiones, ut supra, ab octodecim senioribus admixtæ fuerint, sive doctores de collegio supradictorum statutorum aliquid suspendere, aut dispensare velit, quamquam omnibus unanimiter assentientibus, eorumque nemine discrepante; adhuc tamen quidquid de novo additur, eminentissimus adprobare debeat legatus, ut vim legis habere possit.

*Josephi Franciscus Testa phil., et med. doct. colleg. numerar., et statutarius prothomedicus.*

*Sanctes Revalli phil., et med. doct. colleg. numerar., et statutarius.*

*Franciscus Pecci phil., et med. doct. colleg. numer., et statutarius.*

*Joannes Bononi phil., et med. doct. colleg. supranumerus, et statutarius.*

### EDITTO

Per li speciali, chirurgi, barbieri ed altri

*Francesco del titolo di san Clemente della S. R. C. prete card. Carafa prefetto della s. congregazione de' Vescovi, e Regolari, della città, e ducato di Ferrara, legato a latere.*

§. 90. Quantunque il bando generale, con cui nelle cause criminali, si governa questa legazione, nel cap. 46, fino al 48 abbia con salutevoli provisioni stabilito diversi ordini per ovviare agli inconvenienti, che nell'esercizio dell'arte de' speciali da medicina potrebbero accadere; pur tuttavia non essendo mai superflue in cosa di tanto momento le applicazioni più serie, considerando poi quello, che o per negligenza, di chi esercita dell'arte, o per malizia degli uomini potrebbe accadere, abbiamo stabilito col rinnovare il presente editto supplire a quel di più, che stimiamo necessario doversi ordinare, e che dal medesimo bando generale non è stato considerato; perciocchè

Lex edictalis pro pharmacopolis, chirurgis, et barbionisoribus.

§. 91. In primo luogo, vogliamo, ed ordiniamo, che non sia in avvenire più lecito a detti speciali, spedire, e dar fuori alcuna pozione medicinale, e benchè semplice, e semplicissima, o qualunque altro rimedio spettante all'interno, se prima da qualsiasi persona, che la richieda non sia esibita la ricetta, e questa sia sottoscritta da uno de' medici matricolati di questa città, o da quello, che riguarda ai luoghi di questa legazione fosse il medico esercente, o condotto del medesimo luogo, sotto pena di cinquanta scudi, o della galera a nostro arbitrio, secondo la qualità, e gravezza de' casi, e de' disordini, che potessero da sì pernicioso facilità, e connivenza derivare.

De poenis incurrendis pro facta subministrazione medicamentorum sine licentia.

Qual pena potrà stendersi a gradi maggiori, eziandio della morte, se il propinato medicamento fosse composto di semplici, o minerali per la loro natura violenti, e molto più, che avessero qualità venefica, e per le quali ne venisse cagionata la morte, o altra gravissima infermità in quello, a cui fosse il propinato medicamento interno dato,



nel qual caso quantunque potesse rivo-  
carsi in dubbio, che dolosamente non  
fosse stato ordinato, o spedito; voglia-  
mo, che il dolo sia sempre provato, e  
debba aversi per intervenuto, una volta  
che contro a questa ordinazione si fos-  
se disubbidito.

## II.

Similes pro chi-  
rurgis, et bar-  
bitonsoribus  
interna morba  
curantibus.

§. 92. Proibiamo sotto le medesi-  
me pene pecuniarie, e della galera,  
estensiva anche a quella della vita, a  
qualunque chirurgo, o barbiere, tanto  
di questa città, che di questo ducato,  
l'ingerirsi in ordinare eziandio con le  
loro ricette a loro ammalati alcuna me-  
dicamento interno, sia in polvere, sia  
in bevanda, in bocconi di qualunque  
genere si sia da propinarsi a quegli in-  
fermi, che saranno alla loro cura sog-  
getti, quando non vi concorra il senti-  
mento di un pubblico medico matricola-  
to, che con ricetta da lui sottoscritta  
non la prescrivà, alla qual pena saran-  
no soggetti quei speciali, che tali me-  
dicamenti interni con la sola ordinazio-  
ne del chirurgo dispensassero, o moto  
proprio ricettassero, (quando però non  
fossero insieme medici, e chi-  
rurghi) debbano ricettare medicamenti  
esteriori, ogli, unguenti, ed ogni altra  
estérieure applicazione, che o per le fe-  
rite, o per lussazioni d'ossi, o riattazio-  
ne de' membri convenissero, in nulla  
giovando, che secondo l'ordine medico  
dovesse il corpo del paziente prepararsi  
con alcuna medicina purgativa, perchè  
il tal caso non potrà ciò da loro farsi  
senza l'intervento del medico fisico che  
ordini, la ricetta, e la prescrivà. Ordina-  
mo però a scanso di qualsivoglia in-  
conveniente, e sotto alle medesime pe-  
ne pecuniarie, ed estensive ad arbitrio,  
che debba ogni speciale tenere in bot-  
tega il ruolo de' medici.

## III.

Similes pro  
tyronibus ar-  
tem exercenti-  
bus.

§. 93. A tal pena parimenti saran-  
no soggetti coloro, che non avendo al-  
cuno studio di teorica, o di pratica pre-  
tendessero ingerirsi nella curazione di  
qualunque morbo, con ordinare medi-  
cine tanto interne, quanto esterne, quali  
vengono chiamati medicastri, e che  
hanno più del ciarlatano, che del pro-  
fessore, e costoro devono essere come  
perniciosissimi alla repubblica, elimina-  
ti, e distrutti.

## IV.

§. 94. Le mammane poi in qua-  
lunque occasione, sia di gravidanza,  
parto, o puerperio, parti scabrosi, e  
difficili non s'ingeriranno mai ad ordi-  
nare alcun medicamento interno, sia in  
bevanda, in bocconi, o in polvere, nè  
emissioni di sangue in tempo di gra-  
vidanza, parto, o puerperio, eziandio,  
che lo giudicassero proficuo, ma do-  
vranno persuadere le partorienti a sog-  
gettarsi al consiglio, e direzione de' medi-  
ci, non essendo loro permesso altro, che  
prescrivere l'uso di quelli rimedi este-  
riori, che o per conservare, o per fa-  
cilitare il parto, o dopo il parto soglio-  
no alle donne applicarsi, sotto pene a  
nostro arbitrio.

Similes pro ob-  
stetricibus pra-  
cepta non ser-  
vantibus.

## V.

§. 95. Li speciali poi non dovran-  
no di propria autorità, nè per qualun-  
que istantaneo motivo, ricettare, o pro-  
pinare a veruna persona sia amica, o  
parente, anche col pretesto, che fosse  
avventore del loro negozio, alcuna me-  
dicina, o lenitiva, o purgativa senza la  
prescritta ricetta di un qualche medico  
matricolato, che dovrà sottoscrivere a  
piedi di essa, sotto pena di scudi cento  
in caso di contravvenzione, ed altre se-  
condo la qualità, e circostanza dei casi.  
Similmente, e sotto le medesime pene  
proibiamo a qualunque droghiere il ven-  
dere a qualunque, e veruna persona al  
minuto qualsivoglia medicamento in-  
terno.

Similes pro  
pharmacopolis  
medicamenta  
consanguineis,  
et amicis sine  
licentia docto-  
rum suppeditantibus.

## VI.

§. 96. Proibiamo espressamente per  
il medesimo fine del pubblico bene,  
che niun barbiere si arroghi la facoltà  
d'introdursi a verun ammalato per far-  
gli alcuna emissione di sangue in qua-  
lunque parte del corpo, senza espressa  
ordinazione del medico, salve per altro  
quelle contingenze, nelle quali fosse ne-  
cessarissima, per ragione di qualche ca-  
so inopinato, e presentaneo, detta emis-  
sione, e non vi fosse verun medico  
per ordinarla immediatamente, sotto  
pena in caso di contravvenzione di cin-  
quanta scudi, della carcere, ed altre  
più gravi a nostro arbitrio, secondo le  
qualità de' fatti, e delle circostanze; e  
proibiamo sotto le medesime pene, che  
a nissuno, o non approvato, nè matri-  
colato chirurgo, o non ascritto nell'ar-  
te de' barbieri sia lecito di fare emis-

Similes pro  
barbitonsori-  
bus emissiones  
sanguinis sine  
licentia curan-  
tibus.

sioni di sangue, o altra operazione, spettante a professori dell'arti sole, sotto alle medesime pene pecuniarie, o galera, in caso di contravvenzione.

## VII.

Sanctio poenalis.

§. 97. Niuno contravenendo a quanto sopra è stato disposto si lusinghi di venire scusato dall'incorso delle pene col felice evento, o della propinata medicina, o della emissione del sangue arbitrariamente ordinata, perchè non si ammetterà in suo favore l'evento, o favorevole, o proficuo, quante volte ha già contravenuto, giacchè ognuno è obbligato ubbidire alla podestà superiore, che legittimamente lo comandi per la pubblica utilità.

## VIII.

Declaratioes speciales.

§. 98. E con simile proibizione intendiamo rinnovare a tutti li suddetti speciali, ed altri che vendono droghe, medicinali, che non ardiscano vendere a veruna persona, e sotto qualsivoglia pretesto alcun genere di veleni, di qualunque specie, o vegetabile, o minerale, o animale, erba, terra, mezzo minerale, semplice, o composto, se prima non avrà veduta la ricetta del medico publico, come sopra, sotto pena della vita, e molto più, se da simil vendita ne derivasse la morte, o alcun grave effetto a qualuque persona, mentre in tal caso, provata la disubbidienza a quest'ordine intendiamo pienamente provato il dolo.

§. 3. Præterea statuimus, ac decernimus, quod monachi cessionarii Casamari provinciam Romanam Cisterciensem in eorum superiorem et in perpetuum recognoscere teneantur, eidemque provinciae facultas monasterium Fossænovæ, illiusque monachos per visitatores a capitulo generali deputandos de quinquennio in quinquennium visitandi eisdem modo, et forma, quibus adhuc visitaverunt monasterium Casamari competat. Insuper, quod in electionibus novi abbatis monasterii Casamari quocumque tempore faciendis, sive per obitum, sive per resignationem, aut alias quomodocumque illius abbatis officium vacare contigerit, unus monachus a dicta provincia deputandus intervenire, ac electio cum illius præsentia, et adstantia fieri debeat, et ad hunc effectum prior ipsius monasterii patres dictæ provinciae monere debeat, ut dictum deputatum, qui electioni hujusmodi præsideat, nominare curet, etsi is intra mensem post expeditam monitionem non venerit, eo elapso, prior ejusdem monasterii Casamarii, capitulum illius monachorum, ut ad electionem procedant convocare possit. Quamobrem, ut abbas dicti monasterii de Casamari sit quoque abbas monasterii de Fossanova, ubi prior ab eodem abbate constituetur ad sui nutum amovibilis, quoties in Domino expedire judicaverit, qui monachos ibi degentes juxta regulam usus, et antedicti abbatis præcepta gubernet, et dirigat: verum omnis illius jurisdictionis, et auctoritatis cessabit, ubi abbas monasterii de Casamari aderit, et præsens fuerit motu, et auctoritate prædictis mandamus.

De ordine peragende visitationis.

§. 4. Visitatio a superioribus dictæ provinciae peragenda erit continuo in utroque monasterio, quæ tamen incipienda erit a dicto monasterio de Casamari, eaque absoluta, immediate, et indesinenter aggradienda erit in monasterio Fossænovæ, et sicuti visitoribus provinciae pro unius monasterii visitatione solvebantur scuta viginti juxta concordiam apostolica auctoritate a felici recordationis Clemente pp. XIII, præ-

Bull. Rom. Tom. IX.

decessore Nostro per suas literas in simili forma Brevis sub die vicesima tertia decembris millesimo septingentesimo sexagesimo secundo approbatam, in posterum cum duo erunt monasteria visitanda, ideoque tempus, et incommodum majus requiratur, alia scuta decem contributioni prædictæ adijcimus, ita tamen, ut pro utroque monasterio scuta triginta pensitentur.

§. 5. Quod si memoratum monasterium de Fossanova procuræ generalis officio ordinis, et provinciae prædictorum in hac alma Urbe Nostra aliquam annuam contributionem solvebat, eam deinceps pariter pendere mandamus; juxta tenorem articuli VIII. concordie prædictæ abbas monasteriorum de Casamari nullum monachum ordinis, et provincie hujusmodi in dicto monasterio nec ad breve tempus excipere tenebatur, sicuti pariter in aliquo ex suis monasteriis provincia prædicta nullum monachum monasterii de Casamari excipere cogebatur; ita vicissim servari volumus in monasterio Fossænovæ, quod si monachus provincie prædictæ expresse professus ad monasterium Casamari transire desideret, ipse erit omnibus extraneis postulanti- bus in admissione præferendus, prævia tamen approbatione abbatis de Casamari, et si usquam monachi reformati monasterium Fossænovæ deseruerint, tunc provincia prædicta in possessionem ejusdem monasterii erit redintegrandam. Monachi ejusdem provincie in actu cessionis dicti monasterii de Fossanova abbati de Casamari omnia bona mobilia, et immobilia, suppellectilia cujusvis generis, pecunias, credita, actiones, scripturas, archivium, et si quid aliud continetur in inventario exhibito in postremo capitulo generali, detractis tamen e pecuniis depositis in capsâ trium clavium summis assignatis pro vestitu, victu, et viatico monachorum nunc in eodem monasterio de Fossanova degentium usque ad illorum discessum debito tradere omnino debeat, auctoritate, motu, ac scientia prædictis constituimus, atque mandamus.

Præceptum de solvendis contributionibus juxta solitum

§. 6. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam

Clausula sublata et decretum irritans.

causarum palatii Nostri apostolici-auditorum iudicari, et defini debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, congregationis, et provincie predictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima tertia junii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

MXVII.

Dat. die  
25 junii  
1795  
anno XXI.

Impositio vectigalis super fructibus ecclesiasticis in civitate et districtu Parmensi existentibus.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Premium.

§. 1. Quamvis pro sacri ministerii officio, quo ex ineffabili divina bonitatis dono fungimur, ut omnes immunitates, ac privilegia ex patrum traditione, et sacrorum canonum dispositione, tum ecclesiis, tum clero debita, quantum in Nobis est, sarta tecta serventur, curare teneamur, quoties tamen, et praesertim de pauperibus corporis infirmitatibus affectis sustentandis res est, Nos praedecessorum Nostrorum Romanorum pontificum exempla sectantes hisce desuper iure meritoque Nostram apostolicam auctoritatem ad eorum refugium, et curacionem in-

terponere non obnuimus, prout omnibus rerum circumstantiis mature perpensis in Domino salubriter expediri arbitrati sumus.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, nosocomium de Misericordia nuncupatum civitatis Parmensis rei familiaris angustiis ita prematur, ut nisi sollicitè extraordinariis subventionibus eidem succurratur, proxime esset occludendum, ac quamvis Nos alias ad preces dilectissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi regii Hispaniarum infantis, super fructibus, redditibus, ac proventibus monasterii abbatiae nuncupati sanctae Mariae de Claravalle de Columba nuncupati ordinis Cisterciensis Placentinae diocesis provinciae Bononiensis, quae per obitum bo. me. Andreæ dum vixit Sanctae Romanae Ecclesiae episcopi cardinalis Sabineasis Cersini nuncupati vacaverat, in actu illius collationis novissime dilecto filio Nostro Julio Mariae Sanctae Romanae Ecclesiae cardinali de Somalia nuncupato per Nos factae conspicuam scutorum bis millium quingentorum annuam pensionem eidem nosocomio reservaverimus, ac assignaverimus, adhuc tamen majoribus indigeat subsidiis; memoratus Ferdinandus infans de tenui imponendo vectigali aliquibus generibus, seu fructibus consumptibilibus, ac praesertim uvis, et vino toties, ac in civitatem Parmensem, ejusque suburbia importabuntur, et introducuntur, cogitavit: quomobrem cum ipse Ferdinandus infans, ut ab omnibus omnino ecclesiis, atque ecclesiasticis, tum saecularibus, tum regularibus vectigat hujusmodi solvatur juste, et rationabiliter desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit; ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsius Ferdinandi infantis votis annuere, ac tam proficuo, tamque republicae utili instituto, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, ac supplicationibus suo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostri, deque apostolicae potestatis plenitudine tenore presentium constituimus, praecipimus, ac mandamus, ut imposturam, ac futuris perpetuis temporibus antedictae res consumptibiles a memorato Ferdinando designandae, seu declarandae, quae in civitatem Parmensem importari solent, et introduci, aut ex bonis, praediis, fundis, agris, etiam

Ratio concessiois.

Tenor concessiois.



ex bonis primæ erectionis, perceptæ, quæ in præsens ecclesiastica gaudent immunitate, aut quomodolibet ad quas-cumque ecclesiasticas personas, tam sæculares, quam regulares quibusvis privilegiis suffultas, ac munitas, ac quacumque dignitate præeminentes etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, ad quæcumque monasteria, conventus, collegia, hospitia, et alia pia loca sæcularia, et regularia utriusque sexus etiam undecim congregationum, et universalis Romanæ inquisitionis, quarumcumque militiarum, etiam fratrum sancti Joannis Hierosolymitani, et equestris ordinis, seu militiæ Constantinianæ, nec non ad quascumque ecclesias, et mensas episcopales, abbatiales, conventuales, capitulares, et ad prioratus, præceptorias, præposituras, canonicatus, præbendas, et dignitates etiam majores, et principales, et alia quæcumque beneficia ecclesiastica etiam de jure patronatu, ac ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales: quocumque jure, ac titulo pertinentes, vectigali ab eodem Ferdinando infanti pro circumspecta sua pietate, et religione imponendo, quæ attingat circiter scuta duo pro quolibet centenariis super pretio generum, seu fructuum introducendorum in commodum, ac utilitatem nosocomii predicti, et non in aliam causam ab administratoribus publici ærarii erogando, sint omnino obnoxii, subjecti, et obligati in omnibus, et per omnia perinde ac si ex bonis, prædiis, fundis, agris, aliisque rebus prædictis ad quaslibet dictas ecclesiasticas personas, aut ecclesias, aliaque loca hujusmodi pertinentibus perceptæ non essent, aut ad easdem personas, aut ecclesias, et loca pia prædicta quomodolibet non spectassent.

Clausula sub-  
lata, et decre-  
tum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non monasteriorum, conventuum, collegiorum, hospitiorum, aliorumque pio-

rum locorum sæcularium, et regularium, etiam undecim congregationum, quarumcumque militiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Petrum sub annulo piscatoris die vicesima tertia junii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo

MXVIII.

Concessio indulgentiæ assequendæ ab eis, qui visitaverint ecclesias ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum diebus ab ordinario præficiendis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem celestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti omnibus; et singulis utriusque sexus christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac s. communionem receptis, qui aliquam ex ecclesiis fratrum ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum nuncupatorum, ac confraternitatum, alienarumque communitatum eidem ordini aggregatarum in uno anni die per ordinarios respective locorum designando a primis vespere usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ Matris Ecclesie exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam

Dot. die  
3 juli  
1795  
anno XXI.

Ratio, et tenor concessio-  
nis.

tiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper eisdem christifidelibus etiam vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui expositioni sanctissimi eucharistiæ sacramenti de licentia eorumdem ordinariorum in nonnullis ex prædictis ecclesiis per novem dies continuos immediate antecedentes prædictam diem, sic, ut præscribitur, designatam faciendæ, per aliquod temporis spatium devote interfuerint, ibique, ut supra oraverint: quo die prædictorum id egerint, septem annos, et totidem quadragenas.

Remissio peccatorum.

§. 2. Præterea christifidelibus prædictis, saltem contritis, easdem omnes ecclesias in singulis novem diebus hujusmodi, ut præscribitur, visitantibus, ibidemque orantibus biscentum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus: quas omnes, et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possiat, indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Fides habenda transumptis.

§. 3. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub aunulo piscatoris die tertia julii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus nostri anno vicesimo primo.



MXIX:

Dat. die  
14 julii  
1795  
anno XXI.

Concessio mitræ tela linea indutæ gestandæ in qualibet functione pro dignitatibus, et canonicis ecclesiæ cathedralis Cæsenatensis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **P**ostquam ad summi pontificatus dignitatem, licet nullis Nostris suffragantibus meritis, evecti fuimus, ex eo tempore, quoties Nobis oblata est occasio, Nostram paternam charitatem, qua patriam, ac civitatem Nostram Cæsenatensem sincere prosequimur, indubii monumentis probare haud prætermisimus. Si enim inter gravissimas, ac multiplices officii Nostri curas de utilitate ac honoribus aliarum civitatum, quæ Nobis, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ etiam in temporalibus subsunt, solliciti sumus, dignum profecto justumque est, ut eandem civitatem ac patriam Nostram Cæsenatensem propensiori quodam affectu, natura ipsa dictante, complectamur. Cum itaque insignem cathedralis ecclesiæ Cæsenatensis dignitatem, cui plures S.R.E. cardinales, ac fe. re. Benedictus Papa XIII. prædecessor Nostri, dum adhuc cardinalatus dignitate fulgebat, præfuerunt, nec non dilectorum filiorum canonicorum, et capituli ejusdem cathedralis ecclesiæ singularem fidei constantiam, ac eximium erga Nos, et hanc sanctam Sedem devotionis affectum pensamus, æquum arbitramur illorum petitionibus, quæ ad ipsius ecclesiæ splendorem augendum, illiusque canonicos ævis honoribus honestandos pertinere dignoscuntur, congruum impertiri suffragium prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Ratio concessionis.

§. 2. Nos igitur eosdem canonicos specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, illorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum seræ absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut omnes, et singuli, dignitates, et canonici dictæ cathedralis ecclesiæ Cæsenatensis perpetuis futuris temporibus

Tenor concessionis.

mitram tela linea indutam in omnibus ecclesiasticis functionibus, in quibus, juxta pontificale Romanum ipsi sacris vestibus utuntur, gerere ac gestare, illaque uti libere ac licite possint et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clause irritantes.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri; et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinariorum, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, iudicari, et definiri debere; ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus probationibus, ac synodalibus, conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta julii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.



MX.

Immutatio festorum in civitate et diœcesi Pharaonensi.

Dat. die  
21 julii  
1795  
anno XXI.

Venerabili fratri  
episcopo Pharaonensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
salutem, et apostolicam  
benedictionem.

§. 1. **Q**uum sicut quædam sunt, ut inquit sanctus Leo Magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum; ea propter apostolica hæc sancta Sedes pro paterua erga universos Christifideles benignitate, quod integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem, ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessarium inopiam non sine conscientie angore contemnuatur. Quoniam autem sicut Nobis nuper exponi fecisti, in civitate, et diœcesi Pharaonensi ita excreverint calamitates, et angustie propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illius populi, incolæ, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime cogantur, quamvis animo invito, dies festos negligere, operibus mechanicis se se addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit ob excrementum dierum festorum numerum: ac propterea Nobis humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Ratio immutacionis decernenda.

§. 2. Nos itaque, qui Christifidelibus quantum cum Domino possumus salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, humanamque vitam honeste sustentandam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos homines,

Tenor, et conditiones concessionis.

et incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore ceptentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per praesentes injungimus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christianidelibus in dicta civitate, et diocesi Pharaonensi existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus dominicis, nec non natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequentis sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis, et sequentis, Pentecostes, nec non Corporis Christi, Ascensionis, sancti Joannis Baptistae, ac sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, ac Jacobi, et commemorationis omnium Sanctorum; praeterea quinque dicatis beatae Mariae virginis immaculae, scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris dictae civitatis, et cujuslibet loci pro hominibus eorundem civitatis, et locorum dumtaxat, quibus sane diebus festis integra maneat praeccepti obligatio, in reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedem praecceptis, sive per speciales ejusdem civitatis, et diocesis constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, praecceptis, praescriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo prorsus conscientiae scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, statuas, praecipias, et mandes.

Derogatio constitutionum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non civitatis, et diocesis praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et foris, ac eam quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemisso-

ruti quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permaneris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die vicesima prima Julii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

MXLI

Dat. die  
26 Julii  
1795  
anno XXI.

Subjectio consulatus Juliae Caesareae jurisdictioni cappellani majoris regis catholici.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Super universum Dominicum gregem, meritis licet imparibus, divina dispositione constituti ad ea libenter intendimus, per quae Christianidelium saluti praesertim inter infideles rationabilibus de causis commorantium utilis providetur, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Proemium.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimae in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici expositum fuit, quod cum ad decem non solum officii consulatus Hispani in oppido Juliae Caesareae constituti, sed maxime ad spirituale bonam suorum subditorum inibi degentium conferret, quatenus officium hujusmodi, sui que obnoxii jurisdictioni cappellani majoris suorum exercituum subiceremus: Nobis propterea humiliter supplicatum fuit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio praecum porrectorum a rege catholico.

§. 3. Nos igitur piis ejusdem Caroli regis catholici votis quantum cum Domino possumus anuere, ac specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque singulares personas, quorum interest a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absol-

Tenor concessionis.

ventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, prævia dicti officii consulatus cum omnibus, et singulis ei quomodolibet obnoxiiis separatione, dismembratione, et divisione a quacumque ordinaria jurisdictione, et superioritate, cui usque adhuc obediit, illud, ac omnes subditos Hispanos in memorato oppido Juliz Cæsareæ commorantes, ac eidem officio consulatus quomodocumque obnoxios ordinariæ jurisdictioni, atque auctoritati moderni, et pro tempore existentis capellani majoris exercituum regis catholici auctoritate apostolica perpetuis futuris temporibus tenore præsentium subii-  
cimus.

Clausula sub-  
lata. et decre-  
tum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsen-  
tes literas semper, et perpetuo validas, et  
efficaces esse, ac fore, suosque plenarios,  
et integros effectus sortiri, et obtinere de-  
bere, ac nullo unquam tempore ex quo-  
cumque capite, vel qualibet causa quan-  
tumvis legitima, et juridica etiam ex  
eo, quod in præmissis omnibus, et sin-  
gulis, et circa ea quomodolibet, vel ex  
quavis causa, ratione, actione, vel occa-  
sione jus, vel interesse habentes, seu  
habere præcedentes cujuscumque di-  
gnitatis, gradus, et præminentie sint,  
illis non consenserint, aut ad id vocati,  
et auditi, et causæ propter quas eadem  
præsentis emanaverint, adductæ, verifi-  
catæ, et justificatæ non fuerint, de sub-  
reptionis, vel obreptionis, aut nullita-  
tis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis  
nostræ, aut jus, vel interesse habentium  
consensus, aut quolibet alio quan-  
tumvis magno, substantiali, inexcogita-  
to, et inexcogitabili, ac specificam, et  
individuum mentionem, ac expressio-  
nem requirente defecto, sive etiam ex  
eo, quod in præmissis, eorumque ali-  
quo solemnitates, et quævis alia ser-  
vanda, et adimplenda, servata, et adim-  
pleta non fuerint, aut ex quocumque  
alio capite a jure, vel facto, aut statu-  
to, vel consuetudine aliqua resultante,  
sen enormis, enormissimæ, totalisque  
læsionis, aut quocumque colore, præ-  
textu, ratione, vel causa etiam in capi-  
te juris clausa, occasione, aliave causa  
quantumvis justa, rationabili, legitima,  
juridica, pia, privilegiata etiam tali,  
quæ ad effectum validitatis præmissorum  
necessario exprimenda foret, vel  
quod de voluntate Nostra, et aliis su-  
perius expressis nullibi appareret, nec  
alias probari posset, notari, impugnari,  
invalidari, retractari, in jus, vel contro-  
versiam revocari, aut ad terminos juris,  
vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ reme-

dium impetrari, seu quomodolibet etiam  
motu proprio concessio, vel impetrato,  
vel emanato uti, seu se juvare in judi-  
cio, vel extra illud posse, neque ipsas  
præsentis sub quibusvis similibus, vel  
dissimilibus gratiarum revocationibus,  
modificationibus, derogationibus, aliis-  
que contrariis dispositionibus etiam per  
Nos, et successores Nostros Romanos  
pontifices pro tempore existentes, et  
Sedem apostolicam etiam motu pro-  
prio, certa scientia, et apostolicæ pote-  
statis plenitudine etiam consistorialiter,  
et ex quibuslibet causis, et sub quibus-  
vis clausulis, et decretis etiam in eis  
de eisdem præsentibus, earumque toto  
tenore, ac data specialis mentio fiat,  
pro tempore factis, et concessis, ac fa-  
ciendis, et concedendis comprehendere,  
sed tamquam ad majus bonum tenden-  
tes semper, et omnino ab illis excipi,  
et quoties illæ emanabant, toties in pri-  
stinum, et validissimum, ac eum, in  
quo antea quomodolibet erant statum  
restitutas, repositas, et plenarie reinte-  
gratas, ac de novo etiam sub quacum-  
que posteriori data quomodocumque eli-  
genda recessas fore, et esse, sicque  
et non aliter in præmissis omnibus, et  
singulis per quoscumque iudices ordi-  
narios, et delegatos etiam causarum pa-  
latii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ  
Romanæ Ecclesie cardinales etiam de  
latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios,  
sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter  
judicandi, et interpretandi facultate,  
et auctoritate, judicari, et definiti de-  
bere, ac irritum, et inane, si secus su-  
per his a quoquam quavis auctoritate  
scienter, vel ignoranter contigerit at-  
tentari.

§. 5. Non obstantibus, quatenus Derogatio con-  
traria.  
opus sit, Nostra et cancellariæ apostoli-  
cæ regula de jure quæsito non tollendo,  
alisque apostolicis, ac universalibus,  
provincialibusque, et synodalibus conci-  
liis editis generalibus, vel specialibus  
constitutionibus, et ordinationibus, pri-  
vilegiis quoque, indultis, et literis apo-  
stolicis superioribus, ac personis sub qui-  
buscumque tenoribus, et formis, ac  
cum quibusvis etiam derogatoriis  
derogatoriis, aliisque efficacioribus, effi-  
cacissimis, ac insolitis clausulis, ir-  
rulantibus, et aliis decretis in genere vel  
in specie, in contrarium præmissorum  
quomodolibet concessis, confirmatis, et  
innovatis. Quibus omnibus, et singulis  
illorum tenores præsentibus pro plene, et  
sufficienter expressis, ac de verbo ad  
verbum insertis habentes, illis alias in  
suo robore permansuris, ad præmis-



sorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris, die vicesima sexta junii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

MXXII.

Dat. die  
28 julii  
1795  
anno XXI.

Instante procuratore generali canonicorum regularium ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum nuncupatorum conventus sancti Benedicti a Fassolo nuncupati civitatis Januensis confirmatur transactio inter principem ab Auria Pamphili ex una, et canonicos regulares ordinis et conventus prædictorum ex altera partibus inita de ac super jure patronatus dictæ ecclesiæ et conventus.

Pius pp. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Inter multiplices, ac gravissimas sollicitudines, quibus hisce difficillimis temporibus pro pastoralis officii Nobis ex alto commissi munere urgemur, libenter auctoritatis Nostræ partes circa ea interponimus, per quæ lites, ac controversiæ, quæ vero sine christianæ charitatis dispendio agitantur, in suis ipsis primordiis dirimantur, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Tenor presum  
porrectarum a  
transigentibus.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Hernandez canonicus regularis expresse professus, ac procurator, et minister generalis canonicorum regularium ordinis sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum nuncupatorum, quod cum dilectus itidem filius nobilis vir princeps Andreas ab Auria Pamphili juspætronatum ecclesiæ sancti Benedicti a Fassolo, et conventus canonicorum regularium hujusmodi civitatis Januensis suæ prænobili familiæ ab Auria competens, et jam inde a felicis recordationis Clemente pp. VIII. prædecessore Nostro per suas sub die quinta septembris anni millesimi quingentesimi nonagesimi sexti sub plumbo expeditas literas confirmatum, et approbatum in pristinum, a quo nonnullis de causis quodammodo deciderat, statum restitue-

re, omnesque controversias, atque actiones, quas canonici regulares ordinis, et conventus prædictorum adversus possessores majoratus, seu primogenituræ ab Auria ob quædam non adimpleta sibi injuncta onera movere intendebant, firmiter, ac in ævum dirimere, sicque divini cultus augmentum, ac proximorum præsertim in captivitate degentium salutem procurare desiderasset, ex plurimum juris consultorum placito tandem aliquando inter memoratum Andream principem ex una, et canonicos regulares ordinis, et conventus prædictorum ex altera parte stipulata conventio, seu transactio, tenoris qui sequitur.

In Dei nomine. Amen.

§. 3. Præsenti publico concordie, et conventionum instrumento, cunctis ubique pateat, notumque sit, quod anno a saluberrima Domini Nostri Jesu Christi nativitate millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, indictione Romana decimatertia, die vero quinta januarii, pontificatus autem sanctissimi domini Nostri domini Pii divina providentia papæ VI. anno ejus vicesimo.

Essendo che tra il reverendissimo padre maestro Francesco Hernandez procuratore generale dell'ordine Trinitario in quest' alma città di Roma, e l' illustrissimo signor avvocato Pio Ciampelletti uditor generale di sua eccellenza il signor principe Doria ambedue autorizzati, come appresso, dai rispettivi loro committenti, siasi colla mediazione dell' illustrissimo signor avvocato Figari agente in questa stessa città di Roma della serenissima republica di Genova, assunto, e conciliato, dopo replicate sessioni, ed esami, un piano di concordia diretto a sistemare stabilmente tutte le questioni pendenti tra la prelodata eccellenza sua, ed i padri Trinitari del convento esistente in Genova sotto il titolo di san Benedetto a Fassolo, tanto sul padronato, che il predetto signor principe crede competerle sul convento, e conventualità medesima a termini della convenzione inserita nella bolla di Clemente VIII. dei cinque settembre mille cinquecento novantasei, sull' adempimento di una messa perpetua in suffragio dell' anima della fu principessa donna Giovanna Colonna in Doria, e nel di più che concerne il successivo perpetuo regolamento, e vicendevole corrispondenza fra i religiosi, ed il patrono, il tutto a forma del convenuto in detto piano, consi-



stente in più, e diversi fogli da riferirsi in appresso, i quali fin sotto li ventisei maggio del prossimo scaduto anno furono sottoscritti dal ridetto illustrissimo signore avvocato Figari mediatore, quanto dalli prefati reverendissimo padre procuratore generale dell'ordine Trinitario, ed illustrissimo signore avvocato Ciampelletti, e che indi passati originalmente alla cognizione, ed esame de' padri Trinitarij di Genova, furono tanto da quel ministro, che dagli altri religiosi di quel convento approvati, ratificati, e sottoscritti da ciascuno di essi sotto li dieciannove giugno detto anno con originale firma munita della legalità arcivescovile di detta città di Genova, alle quali firme tutte sussiegue il chirografo del prelodato signor principe, con cui approva il convenuto in detto piano, e fa la procura in persona del detto signore avvocato Pio Ciampelletti per la stipolazione del presente istromento, siccome tutto risulta da predetti fogli di concordia, che si consegnano a me notaro, per inserirsi al presente istromento del tenore ec. » Essendo che coerentemente al convenuto in detta concordia siasi fatto l'inventario di tutti i mobili, arredi, ed argenti sagri della sagrestia, e chiesa di san Benedetto a Fassolo colla classificazione di quelli, che procedono dalla casa Doria dagli altri altronde provenuti alla chiesa, e sagrestia, e tal inventario siasi fatto coll' assistenza dei religiosi, e dei ministri del signor principe in Genova, e perciò munito delle rispettive firme sotto li ventotto giugno detto anno il predetto inventario si dà a me notaro per inserirlo al presente istromento, del tenore ec. » Essendo parimenti, che dopo la confezione di detto inventario abbia voluto il prelodato signor principe assegnare per servizio di essa chiesa, e sagrestia alcuni altri arredi sagri descritti nel supplemento di detto inventario, qual supplemento dovrà a me notaro consegnarsi per indi inserirlo al presente istromento. Essendo finalmente che il prelodato signore principe volendo consegnare in stato di buon essere tutte le fabbriche di detto suo convento, e chiesa di san Benedetto a Fassolo, abbia fatto periziare d'accordo con i religiosi la spesa occorrente, per ridurre in detto stato le medesime fabbriche di chiesa, e convento, e stabilitasene la valuta in lire di Genova fuori banco due mila, settecento novant'otto, abbia egli fatto pagare in vece lire tremila fuori banco

Bull. Rom. Tom. IX.

a detti religiosi con avere da questi ritirato la dichiarazione, che originalmente anche si consegna a me notaro, per inserirsi al presente istromento del tenore ec., colla quale nel confessare di avere ricevuto detta somma s'obligano di ridurre in stato di buon essere dette fabbriche, e corresponsivamente dichiarano di averle ricevute come tali; e volendosi dalle parti il tutto, come sopra a perpetua immancabile cautela ridurre a publico istromento, colla riunione delle richiamate inserzioni.

§. 4. Laonde avanti di me notaro Stipulatio concordia. presenti, e personalmente esistenti li precitati reverendissimo padre maestro Francesco Hernandez procuratore generale dell'ordine Trinitario, ed in questa parte procuratore del convento e reverendi padri di detto ordine Trinitario, esistente in Genova sotto il titolo di san Benedetto a Fassolo, come da special procura in sua persona fatta, e canonicamente rogata dal signore Alessandro Benedetto Gastaldi di detta città di Genova publico notaro, di cui copia publica dal medesimo sottoscritta, e munita della prefata legalità, qui s'inserisce originalmente del tenore ec., ed il precitato illustrissimo signore avvocato Pio Ciampelletti uditore generale di sua eccellenza il signor principe Andrea IV. Doria Pamfili a quest'atto dall'eccellenza sua specialmente deputato, in virtù di procura del lodato signor principe fatta registrare in piè di detti fogli, come sopra riferiti, ed inserti, e dal medesimo segnata sotto il dì venti dicembre scorso, alla quale ec., ambedue a me notaro pienamente cogniti, di loro spontanea volontà, ed in ogni altro miglior modo ec. asserendo, ed affermando in detti loro rispettivi nomi, e come procuratori suddetti tutte, e singole cose di sopra espresse, e narrate essere state, ed essere vere, e verissime, e quelle, come tali ratificando, ed approvando unitamente ai precitati inserti documenti, e fogli colli patti, e convenzioni in quelli apposti, i quali ora a maggior reciproca cautela, e per perpetua loro fermezza, e validità per titolo di amichevole concordia, e transazione, ora in questo istromento riportano, e convengono, stabiliscono, e rinnovano reciprocamente, volendo colli medesimi, ed infrascritti sopita fra il detto eccellentissimo signor principe Doria, e li detti convento, e padri di san Benedetto di Genova ogni, e qualunque altra controversia, azione,

X x x 2

diritto, e ragione rispettiva, imponendo a queste, se vi fossero, tanto di presente, che in futuro perpetuo fine, e silenzio, dovendo soltanto perpetuamente osservarsi, e rimanere nel suo totale vigore li suddetti, ed infrascritti patti, già convenuti in detti fogli, e nella maniera, che siegue, e non altrimenti ec. cioè

## I.

Pacta conventa  
super solutione  
onerum.

§. 5. Che l'odierno signor principe Doria, e per esso il prefato signor avvocato Ciampelletti procuratore, rinunciando a qualunque ragione, che all'eccellenza sua potesse competere, per non pagare gli arretrati decorsi fin oggi, e precedenti da diversi legati, e disposizioni come che pretesi indebiti, per non essersi per parte dei religiosi adempiti gli asserti obblighi corrispettivi, debba, come si obbliga non ostante rimossa vicendevolmente ogni eccezione, e controversia in forza della presente concordia, con cui s'intende, e vuole per base sostanziale del contratto stabilire, ed occorrendo fondare di nuovo il riferito padronato, giusta la forma del pattuito in questo piano, chiamarsi liquido debitore, come per esso si chiama il detto signor avvocato Ciampelletti a favore di detto convento, e conventualità di s. Benedetto di tutti gli arretrati decorsi dalli ventitrè novembre mille settecento settantacinque tempo, dal quale, se ne interappe il pagamento a tutto il prossimo passato mese di giugno, termine del conteggio de' sudetti arretrati, e che per le diverse cause spettanti alla lodata eccellenza sua, e provenienti tanto dal legato in origine del principe Gio. Andrea, quanto dal legato del principe Gio. Andrea III., ed in origine della principessa donna Giovanna nata Colonna, restando liquidato di comun consenso, ed a contemplazione della presente concordia nella somma di lire trentaquila, settecento due, e soldi quattordici, e denari dieci fuori banco, aggiungendo a questa somma altre lire quattro mila, seicento trentadue, soldi tredici, e denari quattro simili, che il signor principe, e per esso il signor avvocato suddetto, ora graziosamente manifesta di voler per parte sua aggiungere, ed accreditare a profitto del suddetto convento, affinché le valute di detti legati, e disposizioni, non solo dai ventitrè novembre mille settecento settantacinque a tutto il

conteggiato tempo di giugno prossimo passato, ricevino l'aumento dell'agio dal quindici al venticinque, ma anche collo stesso aumento siano ragguagliati dai ventidue novembre mille settecento settantacinque a tutto il ventitrè novembre mille settecento cinquantacinque anno, in cui si emanò la grida del serenissimo governo di Genova per l'aumento dell'agio sulle lire di banco dal quindici al venticinque, aggiungendo in oltre altra somma di lire tremila seicento sessantaquattro, soldi undici, e denari dieci, anche fuori banco, che lo stesso signor principe e per esso il ridetto signor avvocato procuratore a contemplazione pure della presente concordia, e di quanto in essa si conviene, generosamente spiega di accumulare in aumento di dote dello stesso padronato, ed annessivi obblighi perchè così ec.

## II.

§. 6. Che di tutto questo infiero costituente la somma di lire fuori banco quarantamila, debba il predetto signor principe costituirne, conforme per esso il precitato signor avvocato Ciampelletti ne costituisce un capitale passivo contro il detto signor principe coll'annua produzione de' frutti a favore del convento di s. Benedetto a ragione del tre per cento, ed anno, così convenuto, per trattarsi di denaro, che in oggi diviene di ragione del luogo pio, e perciò destinato a reinvestimento fruttifero, e che questo capitale tanto nella sorte, che ne' frutti da decorrere resti similmente con i vincoli, e condizioni del pattuito nel complesso della presente concordia, fondandolo, e specialmente ipotecandolo sul marchesato di Cabella, e Cremona, che lo stesso signor principe comprò, ed acquistò con suoi danari propri come da istromento rogato li ventiquattro luglio mille settecento ottantatré da Gio. Battista Sreglia notaro di Genova, restando bensì in facoltà dello stesso signor principe, e successori nella primogenitura d'estinguere, quando gli parerà, e piacerà il suddetto debite, come sopra assunto, e sul detto fondo libero del marchesato di Cabella, trasferendone a favore del convento di uno, o più capitali adeguanti la detta somma, e che producano un frutto per lo meno del tre per cento, e siano egualmente sicuri per il precitato convento, perchè così ec.

De solutione  
annua prestationis a principe ab Auria conventui solvenda.

## III.

De cessione ju-  
rium super do-  
mo Turzi, et  
correspondiva  
praestationis so-  
lutione ex par-  
te principis.

§. 7. Che il medesimo signor principe, e suoi successori alla primogenitura, e godimento del padronato del convento, e chiesa di s. Benedetto a Fassolo, debbano inoltre *in perpetuum*, come per essi promette, e si obbliga il detto signor avvocato, corrispondere ai padri Trinitarij di detto convento annue lire mille, e ottocento di banco, quante appunto si pattuirono colla precitata transazione del mille seicento ottantadue, e che trasfusse nel primogenito Doria, tanto per ministero della legge, quanto per espressa cessione, che gliene fanno i padri Trinitarij di s. Benedetto, e per essi il riferito padre procuratore generale, come sopra tutte quelle ragioni ad essi risultanti contro la casa Turzi in forza della specificata transazione, tanto che in esso signor primogenito Doria si riconcentri l'azione, per ripetere dalla casa Turzi quella rata delle lire mille ottocento, che essa deve annualmente in concorso di detta somma, giusta l'attribuzione pattuitane colla transazione del mille settecento cinquanta parimenti enunciata perchè così ec.

## IV.

De solutione  
pensionis pro  
legato institu-  
to a principe  
Joanne Andrea  
III.

§. 8. Che inoltre il prelodato signor principe Doria, e primogeniti, e successori come sopra, debbano, come per essi si obbliga il riferito signor avvocato Ciampelletti, in conformità del precitato legato del principe Gio. Andrea III. derivante in origine dalla disposizione della principessa donna Giovanna nata Colonna, pagare annualmente a detti padri annue lire duecento sessantatrè moneta di banco, e che questi annui pagamenti da farsi come sopra, e provenienti tanto dal dichiarato capitale passivo assunto, come sopra, quanto dalli riferiti legati, e disposizioni, debbano servire di perpetua dote del convento, e chiesa di s. Benedetto di Fassolo, per mantenervi per ora giusta le misure presene, otto religiosi, tra' quali sei, o sette debbano essere sacerdoti di provata vita, e per mantenere gli edificj di chiesa, e convento, e per tutto ciò, che occorre al culto di Dio nella chiesa, e per la manutenzione, e rinnovazione, che bisognasse degli utensili, ed arredi sagri perchè così ec.

## V.

§. 9. Che nel caso di necessaria ricostruzione da fondamenti degli edificj, e lati di essi, che compongono il convento, e chiesa di s. Benedetto, come anche nei casi di gravi danni cagionati a detti edificj dall' eventualità di casi fortuiti, sia obbligato il lodato signor principe Doria, come per esso si obbliga il detto signor avvocato nel nome come sopra, d'impiegare l'occorrente spesa per la riedificazione, mentre per la manutenzione bisognevole degli edificj medesimi, devono i religiosi supplirvi come per essi promette, e si obbliga il detto padre procuratore generale coll' annuale prodotto di detta dote, e fondo del padronato, nella di cui coacervazione, e ragguglio si è avuto riguardo, ed a calcolo l'annuale esito, per spese di manutenzione degli edificj, e quant' altro occorre di spesa in adempimento degli obblighi procedenti da questo padronato, che viene ristabilito, e consolidato perchè così ec.

## VI.

§. 10. Che gli individuati pagamenti, debbano farsi adempire dal prefato signor principe Doria, come per esso promette, e si obbliga il riferito di lui procuratore annualmente, e precisamente nel mese di giugno di ciascun anno già incominciato a decorrere da luglio prossimo passato in mani del ministro pro tempore di detto convento di s. Benedetto nelle seguenti proporzionate valute, cioè in lire fuori banco l'annualità del capitale passivo di lire quarantamila, per essere provenienti da un capitale di lire simili, e le annualità de' legati, come precedenti da lire di banco, debbano però soddisfarsi, o con biglietti del banco di s. Giorgio in Genova, o con giri in detto banco, con che peraltro in ogni anno nella scadenza di detti pagamenti, debba il padre ministro pro tempore di detto convento, come promette, e si obbliga per esso il detto padre reverendissimo Hernandez, esibire, o al signor principe Doria, essendo in Genova, o non essendovi alla di lui deputazione, o rappresentante ivi dimorante il certificato sottoscritto, tanto dal detto padre ministro, quanto dal parroco della chiesa di s. Benedetto, in cui si dichiari, essersi per parte del convento adempiti tutti gli ob-

De edificiorum  
conservatione.

De implemente  
onerum susce-  
ptorum.

obblighi procedenti da questa concordia, o riconsolidazione del padronato, e tutti i convenuti suffragj, e che in seguito di tal certificato, debba spedirsi l'ordine per il pagamento delle spiegate annualità costituenti l'intero in lire mille duecento fuori banco, ed in lire due mila sessantatré banco, pagabili nei modi, e forma, come si è convenuto di sopra, e non altrimenti ec. perchè così ec.

## VII.

De oneribus a monasterio implendis.

§. 8. Ac civitatem ipsam Jamnæ in civitatem episcopalem Minoricensem nuncupandam pro sede episcoporum Minoricensium nuncupandorum cum omnibus suis juribus, et prærogativis quibus aliæ civitates pontificali sede insignitæ in Hispaniarum regnis existentes, et earum cives utantur et gaudent, ac parochialem ecclesiam vacantem prædictam in dicta civitate Jamnæ, ut præfertur, sitam, ac etiam, ut præfertur, suppressam et extinctam in cathedralem ecclesiam Minoricensem nuncupandam sub invocatione ejusdem sancti Petri apostoli, seu alterius sancti, vel sanctæ pro uno deinceps episcopo Minoricensi, qui eidem ecclesiæ, illiusque civitati, et diœcesi Minoricensi ut infra constituendæ, et assignandæ præsit, dictamque parochialem ecclesiam in forma ecclesiæ cathedralis redigat, et omnimodam, liberam, et plenam jurisdictionem, auctoritatem, et potestatem prout juris est etiam super capitulo, et clero suæ diœcesis absque ulla classium distinctione semper exercere, sicut etiam cætera omnia munera, et actum ordinis tum jurisdictionis, prout aliam in eisdem Hispaniarum regnis, infrascriptique archiepiscopi suffraganei existentes, quam alibi ubicumque constituti episcopi in suis ecclesiis, civitatibus, et diœcesibus de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet ex privilegiis, grâtiis, et indultis, ac dispositionibus apostolicis, quæcumque fuerint, etiam per literas apostolicas desuper nominatim, et in specie concessa auctoritate et facultate suffulti facere, et quibus uti solent et possunt pariformiter, et æque principaliter, et absque ulla prorsus differentia, perinde ac si sibi quoque nominatim et in specie concessa et expressa fuissent in sua diœcesi Minoricensi facere, gerere, ac synodum convocare libere et licite possit et debeat cum suis capitulo, arca, sigillo, mensa, aliisque insigniis episcopalibus, nec non præ eminentiis, honoribus, privilegiis, immunitatibus, indultis, et grâtiis realibus, personalibus, et mixtis, quibus cæteræ cathedrales ecclesiæ regnorum Hispaniarum hujusmodi eidem infrascripto archiepiscopo metropolitano jure subjectæ, earumque præsules si-

Erectio civi-  
tatis Jamnæ in  
civitatem epi-  
scopalem.

militer de jure, vel consuetudine quomodolibet, non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, seu privilegio particulari utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt quomodolibet in futurum.

Deputatio dignitatum ecclesie cathedralis, cum aliis præbendis.

§. 9. Et in dicta cathedrali ecclesia unum archidiaconatum inibi post pontificalem majorem pro uno presbytero in theologia magistro, seu in utroque, aut saltem canonico jure doctore, aut licentiate futuro dictæ cathedralis ecclesiæ archidiacono, cui in absentia tamen pro tempore existentis episcopi Minoricensis choro et capitulo dictæ cathedralis ecclesiæ, nec non aliis publicis, privatisque actibus capitularibus præsendi, ejusdemque nomine in cathedrali ecclesia et capitulo prædicto super capitularis, ac inservientes æconomicam jurisdictionem exercendi munus incumbat, quod tamen munus coram episcopo Minoricensi prædicto sine ejus licentia et assensu gerere nequeat. Ac unum cantorum inibi secundam respective dignitates existuras, quem pro tempore obtinens adimplendi omnia munera in archidiaconatum prædictum pro tempore obtinentis absentia, ac episcopi prædicti nomine privatim choro inspiciendi pro divinorum officiorum accurate, et decoro adimplemento, et hoc in supradictis circumstantiis archidiaconum respicientibus exercebit obedientiam ab omnibus reportandi facultatem habeat. Cum hoc tamen quod archidiaconus et cantor pro tempore existentes prædicti in alterius eorum absentia, vel infirmitate in suarum respectivarum functionum exercitio mutuam substitutionem habeant. Nec non quatuordecim canonicatus, totidemque præbendas, unam videlicet archipresbyteralem, cui dilectorum filiorum parochianorum dictæ parochialis ecclesiæ, ut præfertur, suppressæ et extinctæ, et in cathedralem ecclesiam, ut præfertur, erigendæ cura imminet animarum, et quos etiam pro tempore obtinens tertium in choro dictæ cathedralis ecclesiæ stallum, nec non primatum super aliarum parochialium ecclesiarum prædictarum parochos sicut antea ad tunc existentem prædictæ parochialis ecclesiæ, ut præfertur, suppressæ et extinctæ rectorem spectabat respective habere debeat. Ac alium et aliam magistralem pro uno presbytero in eadem theologia magistro, vel saltem in dicta theologia licentiate, qui ultra onera de jure aliis ejusdem cathedralis canonicatibus, et præbendis incumbentia munus in secunda et tertia adventus,

et in quinque quadragesimæ dominicis respective diebus, et in extraordinariis ecclesiæ solemnitatibus ad populum concionem habendi adimplere tenebitur. Ac alium, et aliam penitentiarum pro uno itidem presbytero in prædicta theologia magistro, aut in jure canonico saltem licentiate, qui sacramentales dilectorum pariter filiorum Christifidelium confessiones excipiat, morales casus dissolvat, omnibusque aliis obligationibus de jure sibi competentibus satisfaciat. Ac alium et aliam doctoralem respective nuncupatam præbendas pro uno pariter presbytero in eodem jure canonico doctore, vel licentiate, ut munus et onera ad ipsum præter solitam residentiam spectantia exequi possit et valeat.

§. 10. Et insuper alios sex canonicatus, et totidem de gratia nuncupandas præbendas, quas pro tempore respective obtinentes residentia, et alia, quæ sui sunt munera adimplebunt. Ac itidem alios tres canonicatus, totidemque præpositurales penitentiarum respective nuncupatas præbendas, quas similiter pro tempore respective obtinentibus ultra solitam residentiam hujusmodi in pervigilio, ac Nativitatis, et Paschatis Resurrectionis, et Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi, ac adventus Spiritus sancti, et sanctissimæ Trinitatis festis diebus juxta consuetudinem de rebus divinis ad populum vicissim dicendi, et quadragesimalibus festis, ac diebus Paschatis hujusmodi duarum horarum spatio sacro penitentia tribumali adessendi respective onera incumbant. Ac præterea reliquum canonicatum, et reliquam præposituralem, et cærimoniam nuncupatam præbendam, quam pro tempore obtinens canonici præpositi, et cærimoniarum magistri titulum ac nomen feret, eritque propriis officiis curare, ut ecclesiasticæ functiones juxta canonicam disciplinam, ritalem Romanum, et cærimoniale episcoporum rectam executionem habeant. Ac demum duo perpetua beneficia ecclesiastica pro duobus presbyteris beneficiatis nuncupandis a pro tempore existente episcopo Minoricensi designandis, qui ut substituti in omnibus iis, quæ salutem animarum pro tempore existenti canonico archipresbytero, ut præfertur nuncupando concreditarum respiciunt, ipsi canonico archipresbytero pro tempore existenti prædicto adjumento esse possint, et valeant de apostolicæ potestatis plenitudine eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo respective erigimus, et institimus, dictamque cathedralem ec-

De numero sim-  
plicium canonico-  
rum.

clesiam per Nos sic, ut præfertur, erectam, et institutam suffraganeam pro tempore existentis archiepiscopi Valentini, eique metropolitano jure subjectam declaramus.

Constitutio  
no  
va jurisdictionis  
in erecto  
episcopatu.

§. 11. Ac prædictam insulam Minoricensi a diœcesi Majoricensi, per Nos, ut præfertur, dismembratam et separatam, ac omnes et singulas utriusque sexus, in ea degentes personas, et incolas tam laicos quam clericos, presbyteros beneficiatos, ac religiosos cujuscunque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria jurisdictione, potestate, et superioritate moderni, et pro tempore existentis episcopi Majoricensis dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque disjungimus et eximimus. Nec non prædictam civitatem Jamnæ in sedem episcopalem per Nos, ut præfertur, dismembratam, et separatam insulam Majoricensem, et in eis nunc et pro tempore respective degentes personas superius expressas dictæ ecclesiæ episcopali Minoricensi, illiusque primofuturo et pro tempore existenti Minoricensi episcopo pro suis civitate, territorio, diœcesi, clero, et populo, ita quod liceat personæ eidem ecclesiæ Minoricensi per Nos, ut præfertur, erectæ et institutæ tam nunc a primæva illius erectione et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutæ in episcopum dicta apostolica auctoritate præficiendæ per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi regiminis spiritualis, et omnimodi juris diœcesani in dicta civitate Minoricensi, ac in eodem territorio per Nos, ut præfertur, dismembratis, et separatis propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere ejusdem moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Valentini, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo assignamus, et respective supponimus, atque subjicimus.

Erectio mensæ  
episcopalis.

§. 12. Mensæ autem episcopali Minoricensi per Nos, ut præfertur, erectæ pro illius dote, et congrua, ac sufficienti pro tempore existentis episcopi Minoricensis sustentatione, ac onerum ei pro tempore incumbentium supportatione providere volentes, summam centum millium regalium monetæ de Vellon, ita quod liceat eidem primofuturo et pro tempore existenti episcopo Minoricensi dictam summam percipere, exigere, levare, ac in suos, et dictæ

mensæ episcopalis, ut præfertur, erectæ usus, et utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, ac pro primofuturi episcopi Minoricensis, ejusque successorum Minoricensium episcoporum pro tempore existentium decenti habitatione supradictam domum eidem parochiali ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, et in cathedralem ecclesiam, ut præfertur, erectæ et institutæ contiguam ad tunc existentem illius rectorem antea spectantem, et pertinentem in forma episcopalis palatii aptandam nunc et redigendam eadem apostolica auctoritate perpetuo concedimus, et assignamus.

§. 13. Futuræ vero mensæ capitulari dictæ cathedralis ecclesiæ Minoricensi per Nos, ut præfertur, erectæ pro illius fundo et dote, ac archidiaconatum, et cantorum, singulosque canonicatus, et præbendas, ac beneficia, ut præfertur, erectos, et erectas, ac erecta pro tempore respective obtinentium congrua sustentatione, onerumque eis pro tempore respective incumbentium supportatione archidiaconatui videlicet, et cantoratu pro cujuslibet eorum respective præbenda summam septemmillium regalium similium, ac cuilibet ex canonicatibus, et præbendis officii, et gratiæ nuncupatis sic per Nos etiam, ut præfertur, erectis summam sexmillium regalium monetæ ejusdem canonicatu et archipresbyterali, ut præfertur, nuncupata præbenda dumtaxat exceptis, quos pro tempore obtinens attenta sui muneris exigentiâ, et gravi onere curæ animarum hujusmodi sibi, ut præfertur, incumbenti ultra redditus canonicatui et præbendæ ut infra assignandos medietatem jurium parochialium, altera illorum medietate in favorem prædictorum duorum presbyterorum beneficiatorum, ut præfertur, nuncupandorum ejusdem cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, erectæ a pro tempore existente episcopo Minoricensi, ut supra in auxiliores prædicti canonici archipresbyteri, ut præfertur, designandorum æqualiter dividenda salva, et illæsa remanente annuatim percipiet, ita quod etiam liceat futuris et pro tempore existentibus archidiacono, et cantori, ac singulis canonicis, et beneficiatis dictæ cathedralis ecclesiæ Minoricensi per Nos, ut præfertur, erectæ et institutæ eorum, ac dictæ mensæ capitularis nomine dictas respectivas summam cuilibet eorum, ut infra assignandas respective percipere, exigere, levare, ac in eorum, et ejus-

Similis pro capitulari.

libet eorum respectivos usus, et utilitatem convertere, diœcesani loci, vel cuiusvis alterius licentia desuper minime requisita. Cum hoc tamen quod ex dictis redditibus archidiaconatus et singulis canonicatibus, et præbendis per Nos, ut præfertur, erectis, et institutis, ut infra assignandis, tertia pars in quotidianis distributionibus juxta eorum præsentiam, et assistentiam choro, horis canonicis, ecclesiasticisque functionibus pro rata portione, et jure auctoris dividenda distrahatur, ita tamen ut tam archipresbyter, quam singuli canonici præpositi pœnitentiarii pro tempore respective existentes hujusmodi dum sacro pœnitentiæ tribunali, aut alias saluti animarum curam, et operam præstant, tamquam choro, aliisque functionibus prædictis præsentis et personaliter deservientes haberi et reputari, et ad earundem distributionum quotidianarum perceptionem, et participationem admitti respectivè debeant eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque constituimus et assignamus. Ut autem supradictæ, ut præfertur constitutæ dotationes ad biscentum et unum milliarium tercentum quadraginta septem regalium monetæ de Vellon prædictæ ascendentes expleantur, attento consensu prædicti moderni episcopi Majoricensis desuper præstito, tam decimas insulæ Minoricensis ad episcopum et capitulum Majoricense, quam illas ad præpositum civitatis Jannæ spectantes, et pertinentes, quæ ad quinquagesimum adæquate summam quinquaginta unius milliarium tercentum quadraginta septem regalium ejusdem monetæ proventientem ex fructibus, redditibus, et proventus fundi efficiendi cum decimis, quas episcopi et capitulum Majoricenses prædicti a die recuperationis ipsius insulæ nunquam perceperunt, et quas primodictus Carolus rex de ipsius regni cameræ consilio usque ad executionem hujusmodi erectionis ad sui libitum tum pro supradicto constituendo fundo, cuius fructus, redditus, et proventus supradictæ summæ quinquaginta unius milliarium tercentum quadraginta septem regalium similium responderent, quam pro dicta cathedralis per Nos, ut præfertur, erectæ et institutæ sacristiæ, ac fabricæ maintenance, ac sacrorum utensilium et suppellectilium comparatione, nec non earundem præsentiam expeditione expensis reservatas esse voluit, et mandavit eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo reservamus.

§. 14. Ac præterea quoties cantatum ac primodictum et primodictam archipresbyteralem, ac secundodictum et secundodictam magistralem, ac tertiodictum et tertiodictam pœnitentiariam, ac quartodictum et quartodictam doctoralem, aliosque canonicatus, ac officii et gratiæ, ut præfertur, respective nuncupatas præbendas per Nos, ut præfertur, erectum, et erectos, ac erectas in quatuor anni mensibus ordinario loci reservatis respective vacare contigerit, quod illius, et illorum, ac illarum respective provisiones ad futurum et pro tempore existentem episcopum Minoricensem spectent. Quovero ad prædictos tres canonicatus archipresbyteralem, ac magistralem, et pœnitentiariam nuncupandas præbendas, si illi in mensibus Sedi apostolicæ reservatis respective vacaverint, quod post habitum ab eodem ordinario loci ad formam decretorum concilii Tridentini concursum trium personarum magis idonearum in dicto concursu approbatarum elenchus primodicto Carolo regi, ejusque successoribus Hispaniarum regibus catholicis pro tempore existentibus prædictis sit transmittendus, ad hoc ut ab eodem Carolo rege, ejusque successoribus hujusmodi una ex iis vigore infrascriptæ reservationis queat seligi, quodque reliquorum pariter canonicatum, et officii nuncupatarum præbendarum per Nos, ut præfertur, erectorum, et erectarum quovis tempore vacaturorum, et vacaturarum respectivæ provisiones per contentionem, aut publicum concursum intra modum stricti juris coram pro tempore existente episcopo Minoricensi, dictæque cathedralis per Nos, ut præfertur, erectæ dignitates pro tempore obtinentibus, et canonicis habendum, et juxta leges, mores, aut consuetudines aliarum cathedralium ecclesiarum in Hispaniarum regni hujusmodi existentium fieri debeant apostolica auctoritate prædicta declaramus.

§. 15. Ac futuris et pro tempore existentibus capitulo, et canonicis dictæ cathedralis ecclesiæ Minoricensis per Nos, ut præfertur, erectæ et institutæ, ut ipsi eadem prorsus indumenta choralia, signia, et insignia quæcumque tam in dicta cathedrali ecclesia Minoricensi per Nos, ut præfertur erecta et instituta, quam extra eam, et tam in processionibus, quam in aliis actibus et functionibus quibuscumque publicis et privatis etiam extra dictam civitatem Minoricensem, et ubique locorum etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus,

Reservatio juris nominandi ad dignitates et præbendas.

Concessio privilegiorum favore capituli.



et universalibus conciliis etiam in præsentia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, etiam de latere legatorum, vicelegatorum, archiepiscoporum, episcoporum, et aliorum quorumcumque, ac etiam in ipsius cathedralis ecclesiæ Minoricensis per Nos, ut præfertur, erectæ et institutæ choro et capitulo quibuscumque anni temporibus, et diebus deferre, et gestare, ac quibusvis aliis indultis, privilegiis, exemptionibus, et gratiis, quæ cæteris aliis capitulis, et canonicis aliarum cathedralium ecclesiarum dicto archiepiscopo Valentino jure prædicto subjectarum, tam in terminis earum respectivæ erectionis, quam subinde etiam per literas apostolicas nominatim, et in specie reperiuntur concessa, et concessæ etiam si talia, et tales sint, quæ specialem notam, et mentionem requirant non tamen titulo oneroso, aut ex indulto, seu privilegio particulari obtenta, et obtentæ pariformiter uti, et gaudere respective libere et licite possint, apostolica auctoritate prædicta perpetuo quoque concedimus, et indulgemus.

Concessio juris  
condendi statu  
ta.

§. 16. Et insuper eisdem futuris et pro tempore existenti archipresbytero et cantori, ac singulis canonicis dictæ cathedralis ecclesiæ Minoricensis per Nos, ut præfertur, erectæ et institutæ, ut ipsi capitulariter congregati pro dictæ cathedralis ecclesiæ Minoricensis sic per Nos, ut præfertur, erectæ, et institutæ, illiusque reddituum prædictorum, ac sacristiæ, et fabricæ, earumque rerum et honorum præsentium, et futurorum tam spiritualium, quam temporalium regiminæ, gubernio, et directione dignitatum, canonicatum, et præbendarum, beneficiorum, et inservientium, aliorumque ministrorum, et officialium deputatione, et onerum eis pro tempore incumbentium supportatione, missarum, horarum canonicarum, diurnarum pariter et nocturnarum, aliorumque divinatorum officiorum, funeralium, et anniversariorum celebratione personali residentia præstanda, ac distributionum etiam quotidianarum, si quæ fuerint in posterum repartitione, et administratione pœnarum per absentes, ac divinis officiis et functionibus suis loco et tempore non interessentes, ac ministeria eis respective incumbentia subire negligentes incurrendarum impositione, singulorum præsentis et absentis notandis, cœremoniis et functionibus in dicta cathedrali ecclesia Minoricensi sic, ut præfertur, erecta et instituta, illiusque choro, capitulo, et processionibus, aliisque actibus

servandis, nec non ministris ejusdem cathedralis ecclesiæ Minoricensis sic, ut præfertur, erectæ et institutæ deputandis, et amovendis salariis, et stipendiis eorum quilibet assignandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis statutis, ordinationibus, capitula, et decreta licita tamen et honesta, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, ac concilii Tridentini decretis minime contraria, ac alias ad trames statutorum metropolitanæ ecclesiæ Valentiniæ, cum approbatione tamen futuri episcopi Minoricensis condere, et edere possint, et valeant facultatem, potestatem, et auctoritatem etiam perpetuo concedimus, et impertimur.

§. 17. Ac ulterius quoties dictam Jus nominandi episcopum regi catholico reser- vatur. ecclesiam episcopalem Minoricensem per Nos, ut præfertur, erectam et institutam sui pastoris solatio destitui contigerit, ut in ordinariam jurisdictionem succedat capitulum dictæ cathedralis ecclesiæ Minoricensis per Nos, ut præfertur, erectæ et institutæ, a quo in omnibus et per omnia juxta formam a prædicto concilio Tridentino præscriptam unus tantum vicarius capitularis eligatur de gremio ipsius capituli, sive extra illud, qui vicarius diocesis regimen exerceat, et concursum ad beneficia curam animarum annexam habendum ad trames recentium concordatorum habere omnino teneatur dicta apostolica auctoritate ordinamus, atque decernimus. Ac insuper primodicto Carolo regi, ejusque successoribus Hispaniarum regibus catholicis pro tempore existentibus prædictis jus patronatus et præsentandi Nobis et Romano pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad eandem ecclesiam Minoricensem per Nos, ut præfertur, erectam, et institutam tam pro hac prima vice a primæva illius erectione, et institutione a Nobis, ut præfertur, factis hujusmodi pastoris solatio destitutam, quam deinceps perpetuis futuris temporibus quoties illam quovis modo etiam apud Sedem apostolicam prædictam pastoris solatio destitui contigerit per Nos et Romanum pontificem pro tempore existentem prædictum in ipsius ecclesiæ Minoricensis, ut præfertur, erectæ et institutæ episcopum, et pastorem ad præsentationem eandem præficiendum, sine præjudicio tamen jus patronatus, quod primodictus Carolus rex, ejusque predecessores Hispaniarum reges super parochiali ecclesia, rectoria nuncupata, civitatis Mahonis prædictæ semper habuerunt, ad aliud jus patronatus, et præse-



tandi vigore recentium concordatorum ad archidiaconatum, et cantoratum, et canonicatus, ac tam officii, quam gratiæ nuncupandas præbendas hujusmodi, ut præfertur, respective erectos et erectas, ac cappellanas, aliaque beneficia, et officia ecclesiastica in ipsa cathedrali ecclesia Minoricensi per Nos, ut præfertur, erecta et instituta pro tempore ordinaria auctoritate erigendus, et erigenda quovis modo pro tempore, ac etiam apud Sedem apostolicam prædictam, siue per obitum, siue a primæva illarum, et illorum respective erectione vacaturas, et vacatura in eis ad præsentationem hujusmodi dicta ordinaria auctoritate, aut alias canonice respective instituendas primodicto Carolo regi, ejusque successoribus Hispaniarum regibus catholicis pro tempore existentibus prædictis eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo reservamus, concedimus, et assignamus. Decernentes juspatronatus, et præsentandi hujusmodi regum exercere, illudque primodicto Carolo regi, ejusque successoribus Hispaniarum regibus catholicis prædictis competere, ac vim, effectum, naturam, substantiam, essentiam, qualitatem, validitatem, et roboris firmitatem juspatronatus regii hujusmodi obtinere, ac uti tale sub quacumque derogatione, etiam cum quibusvis amplissimis et efficacissimis clausulis, et decretis in quacumque dispositione, etiam per viam legis, consuetudinis, regulæ cancellariæ apostolicæ, aut alias quomodocumque facta nullatenus comprehendere, neque illi ullo unquam tempore, et ex quavis causa, seu quacumque ratione etiam apud Sedem apostolicam prædictam, etiam consistorialiter derogari posse, nec derogatum esse censi, nisi primodicti Caroli regis, ejusque successorum Hispaniarum regum catholicorum pro tempore existentium præfatorum ad id expressus accedat assensus, et si aliter quovis modo derogetur, derogationes ipsæ cum inde sequutis quibuscumque nullius roboris, vel momenti fore, ac de cætero quascumque collationes, et provisiones de archipresbyteratu, ac cantoratu, ac singulis canonicatibus et præbendis prædictis per Nos, ut præfertur, erectis et institutis, ac de cappellaniis, aliisque beneficiis, et officiis dicta ordinaria auctoritate erigendis hujusmodi absque prævia primodicti Caroli regis, ejusque successorum Hispaniarum regum catholicorum pro tempore existentium prædictorum præsentatione, aut consensu pro tempore

quomodolibet factas nullas, et invalidas, ac irritas, et inanes esse, nullique suffragari debere, nec per eas cuiquam jus acquiri, vel etiam coloratum titulum possidendi tribui posse.

§. 18. Ac easdem præsentem semper et perpetuo validas, et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, ac inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica et legitima, pia, et privilegiata, etiam ex eo quod causæ propter quas eadem præsentem emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, inexcogitato, inexcogitabili, ac specialem et individuum, ac expressam mentionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis aliquæ solemnitates, et quævis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam coormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superioribus expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari in jus vel controversiam vocari ad viam et terminos juris reduci, aut adversus illam, et illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti; aut gratiæ vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in iudicio, et extra illud posse, neque easdem præsentem sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ prædictæ reservatas, quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum no-

Pro observantia præsentium literarum omniac juris remedium tollitur.

strorum Romanorum pontificum ad summam apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis etiam si in eis de eisdem presentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et imposterum edendas comprehendi, sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt fides in pristinum, et validissimum statum restitutum, repositum, et plenarie reintegratum, ac restitutas, repositas et plenarie reintegratas fore, et esse.

Clausula sub-  
tata et decre-  
tum irritans.

§. 19. Sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac predictos ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinales etiam de latere, ut præfertur, legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, ac alios quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque iudicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, irritumque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ac demum ad hoc ut præmissa omnia sic per Nos, ut præfertur, disposita juxta piissimam primodicti Caroli regis vota prospero felicique successu suos sortiri valeant effectus motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus personæ in dignitate episcopali constitutæ a primodicti Carolo rege nominandæ, seu cuicumque alteri ecclesiasticæ personæ in ejus locum subrogandæ, ipsi tamen Carolo regi gratæ et acceptæ per præsentem committimus, et eadem apostolica auctoritate mandamus, ut ipsa videlicet persona in dignitate episcopali, ut præfertur, constituta, et ab eodem Carolo rege nominanda, seu quævis alia ecclesiasticæ personæ in ejus locum, ut præfertur, subroganda primodicti tamen Carolo rege, ut præfertur, grata et accepta eisdem præsentem debite executioni demandet, easque ab omnibus et singulis, ad quos spectat, et pertinet observari faciat.

Derogatio con-  
trictiorum.

§. 20. Non obstantibus Nostri, et cancellariæ prædictæ regulis de jure quæsite non tollendo, ac de suppressionibus ad partes committendis, ac de

exprimendo in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati suppressiones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri, et ab ecclesiis membra distingui, et dividi prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibusque, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque, indulgis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessis. Quibus omnibus, et singulis etiam si præ illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissio, et forma in illis tradita observata, etiam inserti forent eisdem presentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum specialiter et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat motu, scientia et potestatis plenitudine similibus harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 21. Volumus autem quod eandem presentium transumptis, et exemplis etiam typis impressis, ac manu, seu caractere alicujus notarii publici subscriptis, sigilloque personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ eisdem literis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Fides habenda  
transumptis.

§. 22. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ declarationis, suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, declarationis, disjunctionis, exemptionis, assignationis, suppressionis, subjectionis, concessionis, assignationis, constitutionis, posterioris assignationis, declarationis, concessionis, indulgi, facultatis impartitionis, ordinationis, decreti, reservationis, commissio-

Sanctio poenalis.

fringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, decimo kalendas augusti, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

MXXVII.

Præscribuntur nonnulla statuta ad restituendam pacem, et collapsam regularem disciplinam inter fratres ordinis eremitarum s. Augustini exalceatos nuncupatos congregationis Hispanæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

**P**roemium. §. 1. Per multa, atque præclara regularium ordinum in christianam rempublicam merita ita ab ipsis pontificatus Nostri exordiis Nostram curam, ac sollicitudinem excitarunt, ut si aliquando ex misera rerum humanarum conditione in disciplina regulari torpescerent invenimus, modis omnibus ad pristinum vitæ candorem quantocius revocare conati sumus, prout rerum, ac temporum serio pensatis circumstantiis in Domino salubriter expedire conspeximus.

§. 2. Nuper siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici Nobis humiliter expositum fuit, quod congregatio Hispana ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini exalceatorum nuncupatorum, quæ ex provinciis Castellæ, Aragoniæ, Andalusie, Manidarum, et continentis Americani constare dicitur, jamdiu gravi in rerum perturbatione versatur, ac illius pax, et tranquillitas undique partium studiis miserime proscinditur: cum itaque ex hisce regularis quoque disciplina quam maxime perturbetur, propterea memoratus Carolus rex catholicus illam ad suum pristinum statum per Nos restitui plurimum desiderat; quoniam vero ad remediorum utilitatem summopere spectat, morborum causas cognoscere, hinc cum turbidus congregationis hujusmodi status ad illud præcipue refe-

rendus videatur ad nimis absolutam scilicet potestatem, qua vicarii generales pro tempore existentes eandem congregationem administrant, tum illius capitalia, ac bona in propriam conferendo utilitatem, tum jubilationes, exemptiones, gratias, et dispensationes haud difficillime concedendo; tum pro suo arbitrato ad provinciarum officia sibi benevisos, nulla habita meritorum ratione, eligendo, ac deputando: tum demum ex eo, quod cum vicarii generales prædicti in eodem conventu cum quatuor definitivis generalibus minime degant, serio hinc, ut oportet, graviora dictæ congregationis negotia agere, provinciarum recursus admittere, perpendere, ac definire, constitutionum, ac capitulorum generalium decretorum custodiæ sedulo incumbere haud possunt: Nobis propterea dictus Carolus rex catholicus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur ipsius Caroli regis catholici desideriis, quæ ad proximorum utilitatem, ac dictæ congregationis profectum tendunt, quantum cum Domino possumus annuere, eumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac illorum singulares personas, quarum interest, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, audito prius venerabilis fratris Nostri Joannis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ episcopi cardinalis Sabinensis Archinto nuncupati consilio, supplicationibus hujusmodi inclinatis nonnullas reformationes præscribere statuimus, quibus optatam tranquillitatem, ac regularis disciplinæ restitutionem consequuturi fore toto confidimus.

I.

§. 4. Itaque capitulis tum generalibus, cum intermediis dictæ congregationis deinceps habendis titula, exemptiones vicariorum generalium, et provincialium, commissariorum Indiarum, definitivorum, lectorum, aliorumque officiorum honores, præcedentias, præminentias quibusvis alumni dictæ congregationis quantumvis de suo ordine benemeritis concedere auctoritate apo-

Tenor concessio-  
sionis.

De vetita concessione præcedentiarum, præminentiarum, et similibus.

Dat. die  
18 augusti  
1795  
anno XXI.

Proemium.

Tenor præcum  
porrectarum a  
rege catholico.

stolica tenore præsentium interdiximus : non obstante quacumque capitulorum generalium dispositione, aut decreto adhuc emanato : volumus quippe, ut in posterum congregatio prædicta nullis aliis legibus, ac statutis uti possit, quam iis, quæ anno millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, curante Francisco a sancta Elisabeth tunc temporis vicario generali Cæsarangustæ edita, et lata fuerunt ; utque capitula tum generalia, tum intermedia in collegio Complutensi deinceps convocentur, quod pro illius situ nullum aliud in tres primas provincias tam idoneum ad parcendos itinerum, aliosque sumptus invenitur.

## II.

De residentia  
vicarii genera-  
lis, definitorum  
et a secretis.

§. 5. Statuimus, ut vicarii generales cum quatuor suis definitibus, procurator generalis, suusque a secretis omnes durantibus suis officiis apud conventum Matritensem de Copacabana nuncupatum : qui cum quasi trium provinciarum centrum sit, commodius congregationis administrationi, et gubernio inibi incumbent, residere omnino teneantur, ita tamen, ut a provinciis, excepta provincia Castellæ, quatenus dicti officiales sint ex suis alumniis, omnia necessaria pro vestitu, alimentis, ac exhibitione eorundem officialium majorum, eorumque sociorum suppeditentur : neque licitum erit vicariis generalibus ab eodem conventu ultra quatuor menses, ut debitam provinciarum visitationem peragere, illiusque etiam capitulo provinciali præesse valeant, quin tamen eis candidatos ad provincialatus proponere, aut in actus, ac conventus capitulorum provincialium ad disciplinam regularem, aut abusuum reformationem non spectantes se interponere permissum sit, abesse : aut currum, rhedam, cisium, aut quamlibet aliam quocumque nomine nuncupatam vecturam, aut veterina animalia pro se, aliisque officialibus, aut sociis prædictis habere : nimis quippe hæc eximie paupertati, quam ipsi profitentur, adversantur : sicuti pariter non licebit, aliquid conferre pro visitationum sumptibus, quibus conventus respectivi satisfacere tenentur, neque ex ærario, seu capsâ reddituum ejusdem congregationis quid minimum pro vestitu, aliisque religiosis necessitatibus a secretis generalium, suorumque sociorum erit pensandum, cujus dumtaxat onus erit, necessaria suppeditare pro extra-

ordinariis sumptibus cellæ vicariorum generalium, officii a secretis, et tabellariorum.

## III.

§. 6. Inhibemus vicariis generalibus pro tempore existentibus, quominus ipsi, vel etiam cum definitorio titulum commissarii Indiarum alicui ex alumniis trium provinciarum concedant, ac omnia indulta hujusmodi jam concessa revocando, ea nullius roboris esse, et fore, nullumque jus ad præminentias, et exemptiones illa obtinentibus, quos ad eundem statum, in quo ante concessionem hujusmodi quomodolibet erant dumtaxat restitui- mus, tribuere declaramus. Sicuti pariter neque titula, neque honores ex provincialium in aliqua ex quinque provinciis, neque præcedentiæ, exemptiones, præminentia, jubilationes nisi iis, qui tempus a constitutionibus præscriptum emensi fuerint, condenda erunt, neque itidem dispensationes quæcumque in aliorum præjudicium, aut regularis disciplinæ detrimentum : quæ omnia nisi a moderno definitorio generali probentur, siquæ unquam a moderno vicario generali fuerunt concessa, revocamus : æque ac omnia titula ex-provincialis ab eo data.

De titulo com-  
missarii India-  
rum alumniis  
non-consensen-  
do.

## IV.

§. 7. Decernimus, ut quoties de re-  
cta, aut constitutionum, aut alienius  
capitulorum generalium decreti inter-  
pretatione ambigitur, semper ad hanc  
sustulendam dubitationem definitorium  
generale consulatur, cujus quidem con-  
silio approbatio, et definitio erit subin-  
de a Nostro, et a Sedis apostolicæ nun-  
cio apud reges Hispaniarum catholicos  
pro tempore existente expetenda : sicuti  
pariter in cæteris omnibus casibus, ac  
negotiis, in quibus juxta statuta dictæ  
congregationis vicarii generales dispen-  
sare possunt, in posterum totum nego-  
tium ad definitorium generale erit  
afferendum, ut ab eo definiatur, num  
gratia, ac dispensatio postulata conce-  
denda sit, nec ne, exceptis dispensa-  
tionibus super defectu ætatis, et tem-  
poris ad jubilationes lectorum, aliorum-  
que officiorum a statutis prædictis præ-  
scriptæ, exceptis pariter dispensationi-  
bus super vestitu interiori, et exteriori  
a fratribus utendo, qui vulgo di-  
saja etiam pro ipso vicario generali erit,  
prout a constitutionibus statuitur, sem-

De interpreta-  
tione constitu-  
tionum a defi-  
nitorio, et nun-  
cio apostolico  
facienda.

per a superioribus localibus recipiendus, quin unquam ulli liceat de proprio se vestire, aut vestitum ab aliis accipere, aut panno, aut tela uti a præscriptis dissimilibus, quin unquam hisce desuper a superioribus dispensari possit: quapropter in actu visitationum tum superiores, tum cæteri de hisce diligenter inquirent, ac subditis, qui hisce statutis semel, iterum, ac tertio admoniti parere detrectent, erit infligenda pœna perpetuæ privationis vocis activæ, et passivæ; superiores vero, quatenus circa hæc negligentes semel, ac iterum præbentur, privandi erunt suis respective officiis, ac semper erunt incapaces in posterum ad illa obtinenda.

## V.

§. 8. Mandamus, ut perpetuis futuris temporibus provincialis, definitorium, et a secretis provinciæ Castellæ in conventu Toletano provincialis, cæterique prædicti provinciæ Aragoniæ in conventu de Portillo: provincialis vero, cæterique officiales prædicti provinciæ Andalusie in conventu de Almagro, seu Granatensi, quo facilius sanarum respective provincialiarum administrationem ac regimen gerere valeant, commorari omnino teneantur: utque omnia negotia urgentiora ad gubernium provinciæ spectantia ex visitationibus, aut aliunde emergentia sint definienda a suo respective provinciali definitorio: utque quilibet provincialis semel, ac iterum suam respective provinciam intra triennium suæ administrationis juxta constitutionum prædictarum præscriptum absque ulla dispensationis spe lustrare teneatur: quod si ex aliquo inopinato casu, aut justa causa semel tantum eandem provinciam peragere poterit, tunc nisi jura ei competentia pro una dumtaxat visitatione percipiat.

## VI.

§. 9. In definitorem generalem trium provincialiarum Hispanarum nemo eligendus erit, nisi qui saltem semel, ac iterum prioratus officium in conventibus suæ congregationis, quorum alter sit ex majoribus, perfunctus sit, aut qui, uno gesto prioratu, suam cathedræ, seu pulpiti jubilationem consequutus sit: pro commissariis vero provincialiarum Mandarum, aut continentis Americani, qui apud regem catholicum sunt, nullus ad hoc officium deputetur, quin prius illuc decem annos sui ministerii in aliquo

*Bull. Rom. Tom. IX.*

conventu absque ulla dispensatione compleverit, atque per triennium in aliquo conventu prælati munere functus sit: sicuti pariter nullus in definitorem provinciæ, quin prius munus, seu officium prioris in altero ex suis conventibus exercuerit, aut in priorem, seu prælatum conventuum provincialiarum Hispanarum, eligi respective poterit, quin prius saltem per triennium sacræ theologiæ scholasticæ studiis sedulam navaverit operam, ita ut approbationem meruerit in examinationibus quotannis juxta constitutionum prædictarum dispositionem faciendis; a quibus sancitur sub pœna privationis officii provincialibus negligentibus, ut omnis cura in eisdem examinationibus adhibeatur, in quibus judices erunt rectores, et duo lectores jubilati inibi, aut in vicinioribus collegiis respective commorantes; quarum examinationum acta erunt in libros consultos separatos, et ab examinatore signandos describenda, ut semper de fratrum idoneitate, aut secus constet, firma remanente in provinciali facultate concedendi studiorum continuationem, aut in conventibus studii theologiæ moralis, aut in alio strictæ observantiæ mutationem.

## VII.

§. 10. Volumus, ut in collegiis, aut domibus studiorum in rectorem, aut priorem constituatur lector in aliis requisitis absolutus, quo deficiente, alter, qui majoribus honoribus cohonestatus sit, ut studentibus cum utilitate præesse possit, numquam tamen ii, qui actu lectores, aut concionatores reperiuntur: sicuti pariter in domibus majoribus ii, qui in domibus minoribus munus hujusmodi nunquam gesserunt: neque in magistros majores novitiorum deputandi erunt ii, qui prioratus officio in domibus majoribus non defuncti sunt, aut lectores jubilati non existunt juxta constitutionum prædictarum præscriptum, inter quos tamen erunt recensendi futuri prædicatores jubilati.

## VIII.

§. 11. Statuimus, ut depositarii cujuscumque conventus a familia ejusdem conventus in eodem die, ac hora, in quo provinciale capitulum celebratur, et provincialis eligitur, sint omnino deputandi: quod si in depositarium hujusmodi is designetur, qui a capitulo provinciali ad alium conventum nomi-

A A a a

De residentia aliorum diversorum superiorum.

De non eligendis in definitorem generalem.

De rectore, et prioribus collegiorum.

De deputatione depositarii in celebratione capituli faciendâ.

natus reperiatur, tunc, et eo casu fratres de familia prædicta intra spatium viginti quatuor horarum a die, et hora, in qua nota fuit primi electi nominatio computandum ad novam electionem eodem modo devenient. Sacrista pariter major cujuscumque conventus, quamvis a dictis constitutionibus ad officium hujusmodi electio capitulo provinciali delegetur, nihilominus firmis remanentibus cæteris præscriptis requisitis in candidato, ut nempe sit deputatus ejusdem communitatis, ut saltem viginti octo, aut triginta annos ab ingressu in religionem numeret, utque de sua idoneitate, ac morum honestate optima habeant testimonia, in posterum eodem prorsus modo, quo depositarius, erit eligendus cum facultate electoribus alterum de familia alterius conventus ad officium hujusmodi deputandi.

## IX.

De concursibus ad cathedras philosophiæ instituentis.

§. 12. Mandamus, ut juxta jam præscriptum pro ordine fratrum eremitarum sancti Augustini provinciæ Castellæ a fel. re. Innocentio pp. XII. prædecessore Nostro sub die decima nona octobris anni millesimi sexcentissimi nonagesimi tertii singulis annis die prima septembris habeatur oppositio, seu concursus ad cathedras philosophiæ, in quibus constituentur iudices, seu examinatores, rector, et duo lectores theologiæ seniores collegii Complutensis in provincia Castellæ, collegii Oscensis in provincia Aragoniæ, et collegii de Almagro in provincia Andalusie, quatuor lectores jubilati seniores in qualibet provincia, qui inibi venire poterunt, dummodo tamen neque vicarii generales, neque provinciales, neque collegiorum superiores reperiatur. Hi autem septem examinatores de idoneitate candidatorum juratum judicium proferent, cujus vi, ac intuitu provincialis in lectorem philosophiæ eum, qui præcellit, ac inter æquales, qui antiquior sit habitu, deputabit: similiter in studentium magistrum, qui nominato lectori illico subsequitur; cæteris vero candidatis licitum erit semel atque iterum deinde cathedras petere: post autem tres petitiones hujusmodi, seu concursus, non adeptis cathedris incumbat ipsi ad alias oppositioes theologiæ moralis, quatenus reperientur, seu concionatorias, in quibus pro suis meritis erant æstimandi. Lectores philosophiæ, sic, ut præfertur, electi, expleto triennio philosophiæ in cathedras theologiæ juxta suam antia-

nitatem lecturæ, et absque ulla novo examine subibunt: ita tamen, ut cathedram theologiæ moralis, quam in singulis provinciis juxta præscriptum a capitulo generali anni millesimi septingentesimi octogesimi quarti Almagri habito esse oportet, lector theologiæ scholasticæ antiquior suæ cujusque provinciæ suscipiat, qui unquam deinceps aliquis lector jubilationem obtineat, non peractis, absque ulla dispensationis spe, quatuordecim annis cathedræ formalis philosophiæ, theologiæ scholasticæ, et moralis. Expresse interim omnibus, et singulis fratribus congregationis prædictæ juxta earundem constitutionum sanctionem interdiximus de obtinendo quolibet gradu, aut laurea, aut publice in universitatibus studiorum docendo, non obstantibus quibuscumque actibus, aut decretis capitulorum generalium, a quibus hisce desuper dispensatur, aut etiam conceditur: quibus auctoritate, et tenore prædictis expresse, ac sufficienter per præsentés derogamus.

## X.

§. 13. Decernimus, ut in posterum juxta decretum ultimi capituli generalis anno millesimo septingentesimo nonagesimo Compluti habiti in quolibet conventu trium provinciarum Hispaniæ prædicator conventualis constituatur, utque officia hujusmodi semper concursum, in quo erunt examinatores, quatuor lectores jubilati juniores, et lector, seu superior collegiorum ad cathedrarum concursus designatorum, a provinciali conferatur magis idoneo juxta quinque examinatorum hujusmodi juratum judicium. His autem sic electis prædicatoribus absque novo examine licitum erit in aliis conventibus congregationis prædictæ verbum Dei evangelizare: durante porro munere hujusmodi nulla eis competet exemptio præter eas, quæ iis, qui semel verba facere populo debent, concessæ reperiuntur, usque dum expletis viginti annis officii hujusmodi absque ulla dispensatione, exemptionibus, ac privilegiis ad instar lectorum jublatorum uti, ac frui poterunt.

De constituentis prædicatoribus in quolibet conventu, eorumque electione, munere, et privilegii.

## XI.

§. 14. Pariter statuimus, ut omnia, et singula acta capituli generalis anno millesimo septingentesimo octogesimo quarto Almagri coiti religiose custodiantur, ac serventur pro eo, quod spectat

Remissio precum pro petita declaratione.

J. Mercanti substitutus.

Dat. die  
4 septembris  
1795  
anno XXI.

MXXX.

Concessio favore canonicorum ecclesiae collegiatae s. Mariae de Arce terrae Offidae Asculanae diocesis gestandi mozzettas violaceas cum rocchetto.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Dum insignem collegiatae ecclesiae s. Mariae de Arce, seu della Rocca terrae Nostrae de Offida Asculanae diocesis, quae, ut asseritur, jam inde a fel. rec. Pio pp. IV. praedecessore Nostro erecta fuit, dignitatem, ac singularem fidei constantiam, et eximia devotionis affectum, quo dilecti filii ejusdem collegiatae ecclesiae prior, et canonici erga Nos, et hanc sanctam Sedem gerere comprobantur, pensamus, dignumque arbitramur, illorum postulationibus, quae ad ipsius collegiatae ecclesiae splendorem augendum pertinere dignoscuntur congruum impertiri suffragium, prout in Domino salubriter expedire cognoscimus.

Ratio concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsum priorem et canonicos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut omnes, et singuli, tum prior, et canonici dictae collegiatae ecclesiae sanctae Mariae de Arce, seu della Rocca dictae terrae de Offida Asculanae diocesis perpetuis futuris temporibus mozzettas violaceas cum rocchetto ad instar plurium aliarum collegiatarum ecclesiarum, ac etiam cathedralium, quarum canonici simili indulto utantur, tam in praefata collegiata ecclesia, ejusdem choro, et capitulo, quam ex-ra eam in supplicationibus vulgo processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque

Tenor concessionis.



*Ex audientia Sanctissimi*

Die xxii. novembris MDCXCVI.

Tenor declara-  
tionis.

§. 7. Sanctissimus attentis expositis ex speciali gratia decrevit, atque declaravit, ut oratores tempore hyemali rochetto, et mozzetta violacei coloris, ac fascia nigra cum floccis; tempore vero æstivo pro mozzetta superpelliceo uti, ac gestare, nec non choro, aliisque ecclesiasticis functionibus interesse libere, ac licite possint, et valeant. Non obstantibus in contrarium quibuscumque. Voluitque præsentem gratiam suffragari absque ulla literarum in forma Brevis expeditione.

R. card. Braschius de Honestis.

Loco ✠ sigilli.

Dat. die  
21 septembris  
1795  
anno XXI

MXXXI.

Instante episcopo Pacensi in Indis confirmatur decretum congregationis sacrorum Rituum de recitando officio cum missa sanctissimi Redemptoris, ac ejusdem pretiosi Sanguinis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concess-  
ionis.

§. 1. Quum venerabilis frater episcopus Pacensis, sicut exponi ipse Nobis nuper fecit, vehementer laboret, quo sibi crediti fideles majori in dies pietate colant unum mediatorem Dei, et hominum Christum Jesum, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, suasque spes omnes in eo collocent, atque in eius sanguine multo melius clamante, quam Abel; Nobis propterea supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et un infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concess-  
ionis.

§. 2. Nos igitur, quibus hoc studium ejus quam maxime probatur, ipsum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati,

audito etiam dilecto filio magistro Dominico Coppola congregationis sacrorum Rituum secretario, ut posthac ab universo clero sæculari, nec non a religiosis, et monialibus, utentibus calendario diocesano civitatis, et diœcesis Pacensis recitari possit quotannis in dominica tertia julii ritu duplici secundæ classis, sine octava, officium, cum missa sanctissimi Redemptoris jam adprobat. pro civitate Venetiarum, demptis tamen a sexta lectione verbis illis = *Hanc igitur immensæ largitatis etc.* usque ad finem: atque etiam in una ex feriis sextis quadragesimæ, vel mensis martii, semel in perpetuum ab eodem episcopo destinanda, ritu duplici maj. officium, cum missa itidem adprobat. pretiosissimi sanguinis Domini Nostri Jesu Christi; dummodo in eadem feria sexta non occurrat officium ritus duplicis, quo casu transferatur officium pretiosissimi sanguinis ad primum diem non impeditum juxta rubricas, auctoritate apostolica, tenere præsentiam, concedimus, et indulgemus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ejus civitatis, et diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus proplene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima prima septembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

Derogatio con-  
trariorum.



Dat. die  
16 septembris  
1795  
anno XXI.

MXXXII.

Concessio appaltus Dohanarum, ac thesaurariæ provinciæ Patrimonii ad favorem domini Petri Pauli Valdambrii, et Dominici filii.

Pius PP. VI.

## MOTU PROPRIO

## I.

Exordium.

§. 1. Romani interest pontificis in justitiæ solio sedentis enixam curam intendere non tam personarum securitati cum camera apostolica contrahentium, quam ejusdem cameræ indemnitati, ut contractus ab illis stipulati, adjuncto Nostræ confirmationis robore, absque ulla contraventionis formidine expeditæ vicissim mandentur executioni.

## II.

Refert concessionem appaltus, et instrumenti stipulationem cum capitulis.

§. 2. Cum itaque sicut accepimus dilectus filius Hieronymus a Porta Noster, et camera Nostræ apostolicæ thesaurarius generalis sub die xxvi. septembris MDCCXCIV. vigore specialis Nostræ chirographi die xxx. aprilis ejusdem anni concesserit dilectis filiis Nostris Petro Paulo, et Dominico ejus filio Valdambrii appaltus dohanæ Patrimonii, Maritimæ, Campanæ, et pascuorum urbis, ac thesaurariæ Patrimonii, cum omnibus adnexis, membris, juribus, et pertinentiis, nec non exactionis gabellæ nuncupatæ unius julij, et duobus julij macinatus ejusdem provinciæ, alias per fel. mem. Alexandrum pp. VII prædecessorem Nostrum impositis super frumento, et minutis in locum assignamentorum salis ab eodem suppressorum, sicuti etiam exactionis duorum juliorum pro quolibet rubro frumenti comprehendit solitorum repartitorum super communitatibus dictæ provinciæ Patrimonii, itemque exactionis gabellæ alterius julij macinatus super quolibet rubro frumenti alias auctoritate per fel. mem. Clementem XIII. ad novennium jam incæptum die prima octobris anni millesimi septingentesimi nonagesimi quarti, et ut sequitur continuandum, et terminandum per totam diem xxx. septembris MDCCCIII. pro anno censu in totum centorum viginti trium millium monetæ Romanæ de julij decem

pro quolibet sento comprehensis solitis regaliis camerilibus ultra participationem septimæ partis utilium etiam industrialium, et quomodolibet quærendorum occasione appaltus prædicti liquidandorum singulis annis, nec non cum pactis, capitulis, obligationibus, ac securitatibus, aliisque ex oraculo Nostro, et autoritate sui officii thesaurarius, quæ fusius continentur in instrumento desuper per acta dilecti quoque filii nostri Thomæ Selli cameræ Nostræ apostolicæ secretarii, et cancellarii die dicta xxvi. septembris MDCCXCIV. anni proximi præteriti in sequelam Nostræ chirographi rogato, ad quod in omnibus, et per omnia relationem haberi volumus, et mandamus.

## III.

§. 3. Nos itaque volentes, ut ea omnia de mandato, oraculo, et voluntate Nostris gesta, et peracta suum plenarium in personam dictorum Petri Pauli, et Dominici de Valdambriis, sociorumque ab ipsis cum scientia, et approbatione dilecti filii Nostræ thesaurarii assumendorum sortiantur effectum, ad nullius petitionis, seu instantiæ impulsus, sed ex motu proprio, certa que scientia, ac deliberata voluntate Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, apprime informati, de omnibus, et singulis in dicto instrumento appaltus contentis, narratis, et expressis, et nedum illius, ac conditionum, pactorum, aliorumque in dicto instrumento insertis contentorum, et expressorum, totum, et integrum tenorem, verum etiam tenorem dicti Nostræ chirographi cum omnibus, et singulis in eo contentis clausulis, decretis, derogationibus, cæterisque aliis latius in eodem Nostræ chirographo contentis præsentibus pro expressis, et registratis habentes, ac si in præsentem Nostræ motus proprii cedula de verbo ad verbum inserta, et registrata essent, et juxta eorum formam, continentiam, et tenorem, in omnibus, et per omnia approbamus, emologamus, et plenissime confirmamus, supplementes, quatenus opus sit, omnes, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui forsitan in eisdem intervenissent.

Omnia fuisse gesta ex suo oraculo testatur, ideoque appaltum cum conditionibus, et pactis, quibus fuit stipulatum confirmat.

## IV.

§. 4. Propterea que chirographum Nostrum, ac instrumentum illius vigore, ut supra stipulatum, nec non pacta, capitula, conditiones, cautiones, omnia-

Præmissorum decernit executionem, et pro majori firmitate iterum con-

cedit appaltum ac subrogat dohanerios in juribus cameræ, et dohanæ, pollicetur in verbo summi pontificis omnimodam observantiam contractus, nec non prohibet posse capitula rescindi, aut limitari

que, et singula in eis respective contenta, et expressa firmitate inconcussa subsistere, ac inviolabiliter etiam in fide Romani pontificis attendi, et observari debere decernimus, et mandamus, et ad hujusmodi observantiam Nos, et successores Nostros, Sedemque, et cameram apostolicam, suaque bona, redditus, et jura in ejusdem cameræ ampliori forma obligamus, hypothecamus, et pro majori cautela iterum, et denuo appaltus præfatus vigore instrumenti præcitata die xxvi. septembris stipulatis, ac præsignato tempore inchoandos, modo, et forma prout concessi extiterant eisdem Petro Paulo, et Dominico ejus filio de Valdambrenis, eorumque sociis, ut supra assumendis tradimus, cedimus, concedimus, et in jura quæque, ac privilegia Nostræ cameræ, et dohanæ competentia præmissorum intuitu plenarie subrogamus, eisdemque Petrum Paulum, et Dominicum ejus filium de Valdambrenis in possessione, et quasi pacifica, et quieta appaltuum prædictorum, ac illorum adnexorum, membrorum, et pertinentiarum quarumcumque, jurium, et honorum, privilegiorum, prærogativarum, ac immunitatum, et exemptionum quarumcumque, prædicto novennio durante, contra quoscumque manutenendos, et conservandos fore, et esse duximus, nec non contra chirographum, instrumentum, et capitula præfata, præsentisque Nostri motus proprii cedulam, et eorum tenorem, non molestari, inquietari, perturbari, vel impediri posse volumus, minusque eandem præsentem cedulam de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Nostræ, seu alio quovis defectu etiam quod præfatum chirographum, et instrumentum in executionem illius stipulatum, nec non pacta, conditiones, et capitula in eo inserta, omniaque in eis contenta quæcumque ex quavis causa, ratione, occasione, vel prætextu, tam cogitatis, quam incogitatis, et in corpore juris clausis, etiam enormis, et enormissimæ læsionis, evidentisque utilitatis cameræ, ex quo meliores conditiones, tam ante, quam postmodum factæ fuerint, vel offerri possent, aut quavis alia cogitata, vel incogitata causa, ratione, occasione, jure, vel prætextu in toto, vel in parte notari, argui, vel impugnari, revocari, rescindi, vel limitari nullatenus posse, neque debere, et si secus factum fuerit quoties fiet, toties in pristinum statum restituta, et plenarie reintegrata, validio-

raque, et efficaciora fore, ac esse censerent, perinde ac si consistorialiter, ac de venerabilium fratrum Nostrorum S.R.E. cardinalium consilio, et assensu, omni-que alio validiori modo emanassent, præsentemque Nostri motus proprii cedulam vim validi, et solemnem contractus inter Nos, et Sedem apostolicam ex una, et præfatos Petrum Paulum, et Dominicum ejus filium de Valdambrenis ex altera partibus legitime initi, utrinque juramento, et obligatione cameræ vallati habere, et obtinere, et ad ea omnia, et singula præmissa plene probanda sufficere, nec alterius probationis adminiculum requiri debere jubemus, atque præcipimus.

## V.

§. 5. Et considerantes æquum esse prædictis Petro Paulo, et Dominico ejus filio de Valdambrenis decurrente prædicto novennio, non minusquam dohaneris, qui pro tempore in futurum erunt, nec non etiam affidatis, jura quæque immunitates, et privilegia alias a Nostri prædecessoribus concessa, et largita, in præsentem cedulam declarata, et expressa servari debere in corresponsivitate census, et fidæ solvendæ; itemque litibus, molestiis, vexationibus, ac perturbationibus non defatigari debere. Idcirco tollendis abusibus, si qui irrepererint, motu proprio, et ex certa Nostra scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine Pii II., Pauli II., Innocentii VIII., Alexandri VI., Leonis X., Pauli III., Julii III. Gregorii XIII., Urbani VIII., Clementis X., Innocentii XII., et Clementis XIII., prædecessorum Nostrorum literas, et chirographa, decreta, declarationes cameræ, ac etiam edicta, et bannimenta reverendissimi cardinalis camerarii, præcipue illorum alterum emanatum die i. decembris MDCCLXXXVI. etiam quoad delationem armorum quorumcumque intus, et foris onustorum in locis muratis, et ad instar executorum Nostræ Urbis, exceptis tantum armis illis præservatis in motu proprio Alexandri VIII., ac respective edicta dicti thesaurarii generalis desuper emanata, et inter cætera capitulum decimum tertium, et decimum quartum dicti instrumenti appaltus relative tamen, et consentaneæ ad constitutiones, seu chirographa, et ad resolutiones, resque judicatas desuper emanatas; nec non inhibitiones, literas, patentes fidæ nomine Nostro, et sanctæ Sedis, ac alias

Ut a litibus, et vexationibus redimatur dohaneris, atque affidatis approbat constitutiones summarum pontificum, illasque renovat, et una simul bannimenta, edicta, et literas fidæ exequi decernit.

litteras patentes affidatis, commissariis, ministris, officialibus, atque subappaltatoribus concedi solita, et consueta, ac solitas, et consuetas, ac eis omnibus contenta quaecumque, de præmissis certam scientiam habentes, illorum, et illarum tenores, ac si de verbo, ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes cum omnibus, et singulis in eis contentis clausulis, et decretis tenore præsentium approbamus, confirmamus, innovamus, et declaramus, nec non exequi volumus, atque mandamus.

## VI.

Omnes extinguunt questiones a forensibus suscitatas super illorum admissione ad fidam Romanam, constitutionem Innocentii VIII. innovat, remque judicatam camerali relictam Romanis non originariis contrahentibus.

§. 6. Quamquam autem san. me. Innocentius VIII. prædecessor Noster constitutione sua *Quum sæpe contingat* sanciverit privilegium solvendi fidam Romanam, seu parvam competere non debere iis, qui non habeant civilitatem Romanam ex origine, atque hoc ipsum definitum fuerit a plena camera in causa discussa inter fratres Valdambriani tunc appaltatores, et Franciscum Petrella per resolutionem editam die ix aprilis anni MDCCLXXXIV et per sententiam vigore dictæ resolutionis, emanatam die xxviii septembris ejusdem anni, qua declaratum fuit civilitatem Romanam esse debere originariam, ad effectum solvendi fidam parvam, nec sufficere civilitatem desumptam a capitulo 57. lib. 3. statuti urbis, quæ solum tribuit jus vagandi cum animalibus per integrum districtum urbis. Et quamquam prædicta sententia in rem judicatam transiverit, et acceptata fuerit nedum a Francisco Petrella, qui in lite illa succubuit, verum etiam a fratribus Tocci, et Piergentili, qui obmotis similibus causis postmodum renunciaverunt; nihilominus quum marchio Josephi Ambrosius Lepri, alique litis consortes tentaverint hanc ipsam questionem iterum excitare, recursum habito ad Nostrum auditorem, a quo facultatem utendi jure suo in plena camera per decretum obtinuerunt, ac deinceps nullatenus litem super meritis prosequi curarunt, sed tantum in vim decretorum provisionalium auditoris Nostræ camerariatus fidam magnam solvere consueverunt prævia semper dohaneriorum obligatione de restituendo in casu, quo prædicta res judicata aliquando revocaretur; Nos considerantes æquum non esse, quod appaltatores Nostræ obnoxii sint novis litibus, atque in grave tum ipsorum, tum cameræ No-

Bull. Rom. Tom. IX.

stræ damnum incerti maneant super exactione fidæ, quoad cives Romanos non originarios; propterea ad omne litium semen evellendum, laudatam constitutionem sa. me. Innocentii VIII. prædecessoris Nostræ, ac enunciata rem judicatam tribunalis Nostræ cameræ, ac renunciationes litibus emissas expresse confirmamus, et adprobamus, eique perpetuæ firmitatis robur adjicimus, sublata eidem marchioni Josepho Ambrosio Lepri, et liti consortibus, et quibuscumque aliis civibus Romanis non originariis facultate adversus eandem rem judicatam reclamandi; non obstantibus tum præfato decreto Nostræ auditoris, tum præfatis pariter decretis provisionalibus auditoris Nostræ camerariatus, et obligationibus dohaneriorum in vim eorundem decretorum, ut supra dictum est emissis; quas penitus cassamus, et abolemus, et pro non factis haberi volumus, ac sublata etiam facultate eidem tribunalis Nostræ cameræ, et quibusvis aliis iudicibus, et tribunalibus aliter judicandi, declarantes irritum, et inane quidquid contra sæpeditam rem judicatam fuerit attentatum: declaramus tamen quod per hujusmodi generalem sanctionem derogare non intendimus privilegio solvendi fidam parvam ex speciali gratia a Nobis, Nostrisque prædecessoribus alteri ex civibus Romanis non originariis, ante hac indultæ, quæ non obstantibus quibuscumque clausulis derogatoriis salva semper, ac in suo robore manere debere decernimus.

## VII.

§. 7. Quia vero sa. me. Clementi XIII. Nostræ prædecessori innotuit maximo cum damno, et præjudicio dohaneriorum pro tempore, ac cameræ Nostræ, et dohanæ fieri contractus alienationum animalium favore illarum personarum, vel ad nullam, vel ad minorem fidam obligatarum sub reservatione domini, et dilata pretii numeratione, ut tali medio debita solutio fidæ minuat, aut evitetur; propterea inhaerentes ejus motui proprio volumus, quod integre fida, prout antea a venditoribus debebatur, solvatur per emptores quosque dohanerio non constiterit de effectiva solutione pretii, deque domini translatione in emptores ipsos; mandantes pro hujusmodi effectu, ut sequuto contractu, si per instrumentum teneantur illud dohanerio denunciare; si vero per apochas, teneantur illas originaliter exhi-

Fratribus in alienatione animalium occurrit eertis præscriptis declarationibus, atque poenis.

C c c c

bere, relicta copia sumptibus dohanerii conficienda, per ipsos tamen contrahentes subsignanda sub pœna solutionis respectivæ fidæ, prout antea debebatur, ita quod pro toto tempore, quo in mora steterint in denunciacione, et exhibicionis faciendæ reputetur contractus, ac si sequutus non fuisset. Sin vero contingat contractus ejusmodi venditionis translationis dominii, et solutionis pretii fictæ, et in fraudem fieri, mandamus contrahentes pœna falsi plectendos esse ultra fidæ solutionem, animaliumque amissionem fisco Nostro, et dohanerio de more applicanda.

## VIII.

§. 8. Quum autem nonnulli soleant aliena animalia titulo societatis, aut conductionis accipere, et in maximum dohaneræ, et cameræ Nostræ detrimentum præterant, se esse exemptos a solutione fidæ, si dicta animalia retineant in territorio socii, vel locatoris; ac si in hujusmodi quæstione, ob ambiguitatem edicti dohanalis edita sit sententia in tribunali camerariatus pro exclusione solutionis fidæ favore fratrum Spreca ex terra Vallerani ortum ducentium, et conductorum feudi Bomartii una cum animalibus ad baronem pertinentibus, a qua tamen sententia cum a tribunali plenæ cameræ reclamantibus appaltatoribus, indulta sit appellatio, et causa adhuc maneat indecisa; sicuti etiam coram aliis iudicibus camerilibus plures aliæ similes causæ definitionem adhuc expectant; idcirco ad consulendum Nostræ cameræ, ejusque appaltatorum indemnitati Nos animadvertentes fidam præcipue esse ab iis solventam, qui fructum ab animalibus directe percipiunt, declaramus, et quatenus opus sit per novam legem sancimus, ut imposterum solutioni fidæ subjecta esse debeant animalia omnia quocumque modo locata, seu deinceps locanda, vel titulo societatis alteri data, seu danda, etiamsi locatio, seu societas fiat una cum latifundiis, aut feudis, et animalia sint iisdem latifundiis, aut feudis adnexa, ibi maneant, nunquam amoveantur, et inserviant pro instructione, aut pro dote latifundii, et feudi, sive dentur æstimata, dummodo eadem animalia non retineantur in territorio, quod sit, vel utrique socio, vel tam locatori, quam conductori, commune, quia scilicet latifundium, aut feudum reperitur in territorio, utriusque contra-

hentis. Ne interim vero prædicti Petrus Paulus, et Dominicus de Valdambriis molestentur litibus promotis in præterito appaltu, quæ huic Nostræ declarationi causam dederunt, eas omnes lites, et causas ad Nos avocamus, atque ita avocatas, extinguimus, atque suppressimus, ac pro avocatis, extinctis, et suppressis haberi volumus; ita tamen ut prætextu hujus avocationis, et extinctionis litium neque præteriti, neque præsentis appaltatores repetere quidquam possint, aut debeant a fratribus Spreca, aliarumque litium contradictoribus pro summa controversa fidarum hactenus decursarum.

## IX.

§. 9. Ut vero affidati stare libere possint, et valeant intra stangam, et provincias dohanales, sive sub fida extra proprium eorum territorium, inhærentes dispositioni motus proprii Urbani VIII, et resolutionibus captis per congregationem particularem approbatis per Innocentium XII. prædecessores Nostros, volumus quod ipsis ultra alias immunitates, et exemptiones servetur omnino privilegium fori in omnibus, et quibuscumque causis activis, et passivis, civilibus, atque criminalibus (exceptis tamen causis criminalibus in dicto motu proprio Urbani præservatis) personam ipsorum affidatorum, eorumque famulos gregibus inservientes, quam bona affidata, et aliis in causis materiam fidæ concernentibus, etiamsi ageretur de damnis studiose datis, et patratibus, ac etiam delictis ex causa, et occasione, ut dicitur, spicilegii, relative ad constitutionem fel. record. Benedicti XIV. prædecessoris Nostri dat. kal. junii MDCGLI., nec non etiam de gabellis, passibus, cæterisque de aliis immunitatibus, exemptionibus, ac privilegiis sibi competentibus ex dispositione superius relatarum constitutionum apostolicarum, et banimentorum, quamvis pœnæ, gabellæ, passus, et alia quæque descripta esse constaret in tabellis communitatum, universitatum, civitatum, et locorum quorumcumque Nobis, et s. Sedi mediate, vel immediate subjectorum.

## X.

§. 10. Cæterum in accessu, et recessu a dohana, pascuis, territoriisque alienis, et per tres dies postquam reversi fuerint ad eorum domos, et pro-

Privilegium fide, ac fori cameræ ad favorem affidatorum totius reddit.

Animalia quocumque modo locata una cum feudis, aut latifundiis sub quibusvis conditionibus, pactis, ac reservationibus oneri fidæ subicit, omnesque proinde lites super id exortas ad se avocet, ac sup. primit.

Propriis in domibus, et provinciis cognitionem damnum ad iudices locales post

triduum reversionis a dohana spectare declarat

vincias, seu territoria servantur fidæ, et fori privilegia. Declarantes tamen quod in præfatis eorum domibus, et provinciis, seu territoriis si damna vel simplicia, vel studiosa per ipsos affidatos literis patentibus dohanerii pro tempore, seu fida munitos patrari contigerit post triduum reversionis, itaut ad pœnas ipsi affidati teneantur, tunc, et in hoc casu dumtaxat in prima instantia cognitio eorundem damnorum datorum spectet, et pertineat ad iudices locales eorum territorii, seu provincie salva semper eorundem affidatorum exemptione a repræsalis, et a solutione pœnarum pro damnis simpliciter datis.

## XI.

In accessu, et recessu a dohana, fidæ, et fori privilegia, servanda præscribit, iudicesque privativos quos esse debere in causis affidatorum designat.

§. 11. Et ita juxta præmissas declarationes sublata omnimode quoad omnes causas, tam civiles, quam criminales hujusmodi facultate, et potestate procedendi omnibus iudicibus tam civilibus, quam criminalibus, ordinariis, delegatis, et commissariis, etiam legatis, vicelegatis, gubernatoribus localibus, magistratibus, gubernatori Urbis, auditori cameræ, senatori, ejusque iudicibus, consulibus artis agriculturæ, et magistris justitiariis, nec non congregationibus consultationum status, et boni regiminis, volumus quod reverendissimus camerarius, thesaurarius, et dohanarum præses, assessores, et viceassessores dohanæ, et respective tribunal cameræ Nostræ private quoad omnes alios iudices procedere debeant, et valeant, etiam prævia avocatione, et reassumptione causarum coram dictis iudicibus incompetentibus introductarum, et forsitan introducendarum, quamvis tacite, vel expresse de consensu constaret, sive de obligationis cameralis executione ageretur.

## XII.

Emo camerario cognitio nem pertinentiarum causarum delegat sublata tribunali signature justitie facultate se intromittendi.

§. 12. Etsi quæstio super pertinentia earundem oriri contingat, inhærentes constitutionibus fel. record. Pii IV., Clementis VIII., ac motui proprio Clementis XIII., aliorumque Nostrorum prædecessorum nolumus, quod signatura justitiæ de dicta pertinentia cognoscat, aut aliquo modo rescribat, nec se ingerat, sed hujusmodi cognitio, an causæ sint de jurisdictione camerariatus, vel cameræ, aut iudicum cameralium prædictorum pertineat ad reverendissimum camerarium, et ipsam ca-

Bull. Rom. Tom. IX.

meram, itaut si partes declarationi faciendæ non acquieverint, vel ante hujusmodi declarationem, si voluerint, signaturam Nostram gratiæ adire possint, et citato etiam commissario ejusdem cameræ commissiones proponi debeant. Secus vero factæ inhibitiones, et exequutæ citationes in signatura justitiæ impune sperni debeant.

## XIII.

§. 13. Interim vero cogitione pertinentiæ causæ pendente; et præ cæteris ne personæ forsitan in carceres detrusæ, neve animalia in pignus capta pro pœnis damnorum datorum, commissi spicilegii, vel prætensæ fraudis gabellarum, passuum, pontium, et similibum depereant, ut sæpe sæpius contingit, volumus, atque mandamus, quod facta per affidatos damnificantes, aut aliter de præmissis inquisitos obligatione, et præstita fidejussione de stando juri cum parte, et fisco coram altero ex prædictis iudicibus cameralibus ad formam constitutionis fel. mem. Benedicti XIV. prædecessoris Nostri sub datum xxv. januarii MDCCLII. personæ statim relaxentur, et animalia prædicta illico resituantur, nec ad impediendam personarum excarcerationem, animalium retentionem quælibet citationes coram quibuscumque iudicibus Romanæ curiæ, signaturæ justitiæ, ac etiam a reverendissimo camerario, et plena camera, nisi manu Nostra, vel Nostri auditoris sint signatæ, attendantur, quin impune, et citra ullum vitium attentatorum sperni, ut supra possint, et valeant, et contra hospitarios, et quoscumque alios animalia capta retinentes, et detrectantes ipsam animalium restitutionem, et personarum a carceribus dimissionem, de facto, et sine citatione procedi possit ad executionem mandatorum de restituendo, et auferendo, nec non ad pœnas in ipsis infligendas, et comminandas.

Interim pendente controversia pertinentiæ causarum personis, captisque animalibus providet.

## XIV.

§. 14. Quo autem dohanerii pro tempore seu thesaurarii provincia Patrimonii debitis temporibus respondeant de exactione onerum cameralium juxta tabellas tradi solitas, et vicissim camera supplere possit, oneribus, quibus gravata reperitur, inhærentes chirographo Urbani XIII. prædecessoris Nostri sub datum vii. martii MDCXXVI. declaramus, omnes universitates, communi-

Dohanerii; atque thesaurarius provincia Patrimonii per amplas largitur facultates pro exactione onerum cameralium.



tates, civitates, collegia, monasteria, et quaslibet alias personas, cujusvis sint dignitatis, etiam si foret necessaria de illis facienda mentio, quibus onerum, camerarum solutio imposita est, teneri, et obligatas esse solvere dicta opera cameraria omni postposita mora, alias procedi possit contra dictas communitates, universitates, civitates, et quascunque superius enunciatas personas ad transmissionem commissariorum, manaque regia ad repraesalias, arrestus, captionem pignorum, subhastationem, et deliberationem sola facti veritate inspecta, et quavis appellatione remota, dummodo servata fuerit forma praescripta in edicto alias publicato per Do. me. cardinalem Aldobrandinum, ac alterius edicti de Nostro mandato evulgati a thesaurario generali die x. februarii MDCCXCIV. taliter quod ipsi dohanerii seu thesaurarii pro tempore, eorumque commissarii, sine ullo obstaculo citationum coram quibuscunque iudicibus executorum nisi eadem manu Nostra, vel Nostri auditoris, et citato etiam cameræ Nostræ commissario fuerint signatæ ad præmissa procedere possint, et valeant absque vitio attentatorum.

## XV.

Executores omnium contentorum in presenti motu proprio deputat cum decreto irritanti, et clausula suspensiva.

§. 15. Mandantes propterea prædictis reverendissimo camerario, thesaurario generali, decano, et clericis præsidentibus Nostræ cameræ, ceterisque iudicibus, et officialibus quibuscunque quavis autoritate fungentibus, et functionis, ac tam conjunctim, quam divisim, ut præmissa omnia observent, et inviolabiliter observari faciant. Avocantes propterea ad Nos omnes, et quascunque causas, lites, et controversias, alias motus, et forsan in posterum movendas super præmissis per Nos, ut supra dispositis, declaratis, innovatis, concessis, et confirmatis, eademque sic avocatas etiam nunc prout ex tunc extinguentes decernimus, ita per quoscunque iudices, et commissarios quavis autoritate munitos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, ubique iudicari, interpretari, ac definiri debere, nec non irritam, et inane quidquid secus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter hactenus contra formam præmissarum constitutionum, et bandimentorum tentatum, aut declaratum fuerit, et quidquid secus contra præsentem Nostram cedulam

motus proprii, confirmationis, innovationis, declarationis, et concessionis respective scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

## XVI.

§. 16. Non obstantibus quibuscunque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis Nostris, ac dictæ cameræ reformationibus, decretis etiam de modo alienandi, et affictandi illius jura, redditus, et proventus loquentibus, ac Pii IV. et Benedicti XIV. aliorumque prædecessorum Nostrorum super reformatione cameræ, et quod jura fructus, et proventus ejusdem cameræ non nisi prævis edictis, licitationibus plus offerenti, et ad extinctionem candelæ, et certis aliis adhibitis modis, formis, et solemnitatibus alienari, locari, seu affictari non possint seu debeant, et quibuscunque aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis sub quibuscunque tenoribus, formis, et statutis almæ Urbis præcipue capitulo LVII. libri III. artis agriculturæ, magistrorum justitiariorum, reformationibus etiam papalibus, juramento, et confirmatione apostolica, et quavis alia cautela, et firmitate roboratis, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, motu proprio, scientia, et potestate paribus, ac etiam consistorialiter in contrarium forte emanatis cum quibuscunque clausulis, et decretis derogatoriis derogatoriis, nec non quibuscunque facultatibus, et privilegiis prædictis, aliisque quibuscunque iudicibus tam ecclesiasticis quam sæcularibus, congregationibus status, et boni regiminis, tribunalibus, et magistratibus Urbis, et status Nostri ecclesiastici quavis autoritate, et dignitate fungentibus, et functionis, tam per Nos, et prædecessores Nostros, signanter quoad communitates status Ecclesiastici concessis, confirmatis, innovatis, concedendis, confirmandis, innovandis, nec non cancellariæ regnlis de jure quæsito non tollendo, ac legibus, usibus, consuetudinibus, etiam immemorabilibus; quibus omnibus etiam si de illis pro illorum sufficiente derogatione mentio, sive expressio habenda, aut certa exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Declarantes præterea præsentibus, nisi de

Contrariis quibuscunque etiam statuto nobis, ac immemorabili consuetudine derogat.

illis, eorumdemque totis tenoribus, ac prædecessorum Nostrorum nominibus, et singulis ab eis super hoc emanatis literis plena, specifica, et expressa, individuaque mentio, non autem per clausulas generales idem importantes mentio facta sit, per quascumque literas, quibusvis personis, collegiis, et communitatibus, etiam ex quibuscumque causis, et considerationibus concedendis nullatenus derogari posse.

XVII.

§. 17. Volumus denique, atque decernimus, ut præsens Nostri motus proprii cedula, licet non admissa, nec registrata in plena camera, ejusque libris ad formam constitutionis Pii IV. Nostri prædecessoris *de registrandis* suum plenum effectum, et executionem sortiri debeat per solam Nostram signaturam, ac illi, et transumptis ejus manu alicujus dicte cameræ Nostræ secretarii subscriptis, sigilloque dicti cardinalis camerarii, vel thesaurarii generalis munitis, plenam in iudicio, et extra, et ubique locorum fidem adhibere debere, regula quavis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum ex Nostro palatio apostolico Quirinali hac die xvi. septembris MDCCXCV.

Pius PP: VL



MXXXIII.

Dat. die  
25 septembris  
1795  
anno XXI.

Concessio juris privati condendi laminas æneas, et ædificia extruendi ad opus necessaria in provincia Romanodiolæ favore comitis Francisci Faccini.

Girolamo della Porta della Santità  
di Nostro signore e sua R.C.A.  
tesoriere generale.

§. 1. Si è degnata la Santità di Nostro signore Papa Pio sesto felicemente regnante di rinnovare al sig. conte Francesco Faccini per altri venticinque anni prossimi avvenire la facoltà privata di far cavare, battere, e lavorare il rame, e rispettivamente di continuare, e nuovamente far fabbricare gli edifici a tal' effetto necessari nel feudo della Piavola, e ville annesse, oppure altrove nella provincia di Romagna, come più diffusamente risulta dal chirografo segnato dalla stessa Santità Sua il dì 18. luglio corrente anno ( a tenore del quale sotto il dì 24. del detto mese si è stipolato pubblico istromento di concessione per gli atti dell' infrascritto segretario di camera ), ed a noi diretto per l' esecuzione del tenore, che siegue.

R. P. D. thesaurarius refert chirographum pro executione receptiss.

Monsig. Girolamo della Porta Nostro,  
e della Nostra Camera  
tesoriere generale

§. 2. Nel riferirci nella udienza dei 4. corrente mese la supplica nmiataci dal marc. commendatore Francesco Faccini nobile della Nostra città di Cesena, per ottenere a suo favore la nuova concessione della privata di far cavare, battere, e lavorare il rame, e rispettivamente di continuare, e nuovamente far fabbricare gli edifici a tal' effetto necessari, o nel di lui feudo della Piavola e sue ville annesse poco distanti dalla detta Nostra città di Cesena, e di diretto dominio della mensa vescovile di Sarsina, o in altro luogo della Nostra provincia di Romagna; ci faceste presente, che una tal privata fu concessa a principio dalla san. mem. di Paolo V. Nostro predecessore con suoi chirografi dei 29. dicembre 1607. , e 30 maggio 1609 ad fu Gio. Francesco Fatiboni di quel tempo possessore dell' enunciato feudo della Piavola, per anni venticinque, e coll'anno canone di scudi venti moneta da pagarsi alla Nostra camera, ed in oltre con alcuni capitoli,

Tenor chirographi.

Cedula hujus motus proprii valere præcipit, etiam sine illius admissione, et registratione in camera.

dichiarazioni, e privilegi contenuti nei citati chirografi, e negl' istromenti in esecuzione di essi stipolati per gli atti del Bulgarini già uno dei segretarij, e cancellieri della Nostra camera li 19. gennaio 1608., e 14. luglio 1609. Ci riferiste ancora, che questa stessa privativa si andò in seguito di tempo in tempo rinnovando a favore dei successori possessori dell' enunciato fendo della Piavola, e che l'ultima rinnovazione fu accordata dall'altro Nostro predecessore Benedetto XIV. con suo chirografo dei 24 novembre 1755., e successivo istromento stipolato per gli atti del Paoletti altro segretario, e cancelliere della Nostra camera li 11. dicembre stesso anno 1755., a favor del commendatore Francesco e Gio. fratelli Faccini, a quali era passato l'utile dominio del suddetto fendo, con lo stesso annuo canone di scudi venti, e per il lasso parimenti di altri 25 anni incominciati a decorrere li 11 luglio 1762.

Ratio concessio-  
nis.

§. 3. Il decorso di tanti anni, per i quali i possessori di detto feudo della Piavola avean goduta la enunciata privativa; le tante conferme della prima concessione sopravvenute nel riferito giro di anni, rendevano degna di qualche ascolto la nuova istanza del commendatore Francesco Faccini per la rinnovazione della privativa medesima; tanto più, ch'egli si adattava al pagamento della gabella delle finanze richiesto per parte della Nostra camera, per il rame, che avesse introdotto nel Nostro stato per uso dell'enunciata sua fabbrica, dal qual dazio erano andati esenti quei, che goduto avevano in addietro della prefata privativa.

Tenor concessio-  
nis.

§. 4. In vista di tuttociò risolvemmo nella citata udienza di fargli grazia, accordando al prefato commendatore Faccini la nuova concessione della suddetta privativa per altri 25 anni, fermo il solito canone di scudi venti, e colla dichiarazione di esser egli obbligato al pagamento della suddetta gabella; e volendo ora, che tale Nostra sovrana pontificia condiscendenza sorta il suo pieno effetto; pertanto con il presente Nostro chirografo, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserito l'intero, e preciso tenore della supplica a Noi unilata dal commendatore Faccini, della relazione da voi fattacene nella udienza dei 4. corrente, dei chirografi del Nostro predecessore Paolo V. seggati li 29. dicembre 1607., e 30. maggio 1609., dei successivi istromenti stipolati per gli atti del Bulgarini li 19.

gennaio 1608., e 14. luglio 1609., degli altri chirografi, ed istromenti, in forza de' quali si andò successivamente rinnovando la concessione della prefata privativa, di quello di Benedetto XIV. in data dei 24. novembre 1755. dell' istromento in seguito stipolato per gli atti del Paoletti li 11. dicembre stesso anno 1755., e di ogni altra cosa quanto si voglia necessaria ad esprimersi, e che per esser compresa, esigesse specifica, ed individua menzione, di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della suprema Nostra podestà ordiniamo ed ingiungiamo a voi, che in nome Nostro, e detta Nostra camera nuovamente conceciate, siccome Noi concediamo a favore del suddetto commendatore Francesco Faccini, e de' suoi eredi, e successori la suddetta facoltà privativa di far cavare, battere, e lavorare il rame, e rispettivamente di continuare, e nuovamente far fabbricare gli edificij a tal effetto necessarj, nel suo feudo della Piavola, e ville annesse, o pure altrove nella detta Nostra provincia di Romagna per altri anni 25 prossimi avvenire dal dì della stipolazione dell'infradico istromento, coll'obbligo del suddetto commendatore Francesco Faccini, suoi eredi, e successori di pagare per il tempo, in cui durerà la presente concessione, alla Nostra camera qui in Roma nella camera dei tributi ogni anno nella vigilia, o festa de' santi gloriosi apostoli Pietro, e Paolo l'annuo canone di scudi venti moneta, sotto pena della caducità in caso di non seguito pagamento a seconda della costituzione della san. mem. di Gregorio XIII. Nostro predecessore *contra non solventes canones*; e con dichiarazione ancora, che il prefato commendatore Faccini, e suoi, siano tenuti al pagamento della gabella delle finanze anco per il rame che da qualunque parte introdurranno nel Nostro stato per uso della enunciata fabbrica.

§. 5. Con tali condizioni, ed obblighi, e con tutti gli altri patti, capitoli, convenzioni, prerogative, e privilegi tanto consentanei alla natura della presente concessione, quanto soliti a godersi da quelli, a quali è stata in passato concessa la enunciata privativa, e che non si oppongano alle presenti Nostre disposizioni, ne stipolerete il necessario istromento, con obbligare all'osservanza di quanto in esso prometterete, la Nostra camera, suoi effetti, e ragioni nella sua più ampla forma, per esser questa mente, e volontà Nostra espressa.

Præceptum de  
stipulando in-  
strumento.

Clausulae salutares, et irritantes, cum de rogatione contrariorum.

§. 6. Volendo, e decretando, che il presente Nostro chirografo ammettendosi, e registrandosi in camera; e nei suoi libri a tenor della bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore con la Nostra semplice sottoscrizione, nè gli si possa mai opporre di surrezione, o orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, ancorchè non ci sia stato chiamato, citato, nè sentito monsignore commissario della Nostra camera, o altri, che vi avessero, o pretendessero di avervi interesse, nè siano state osservate tutte quelle solennità, e formalità, che vengono prescritte dal prelodato Pio IV. nell'altra sua costituzione *De reformatione cameræ*, nè in quello di Clemente XII. sopra la reita amministrazione de' proventi, ed interessi camerali, e non ostanti le suddette, e qualsiviano altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserito, e supplendo Noi colla suprema Nostra podestà a qualunque vizio, e difetto ancorchè sostanziale, e formale, che nelle cose premesse potesse intervenire, per questa volta sola, ed all'effetto predetto specialmente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Quirinale questo dì 18 luglio 1795.

PIUS PP. VI.

Executio.

§. 7. Volendo noi pertanto, che le sovrane disposizioni di Nostro Signore contenute, ed espresse nel soprariferito pontificio chirografo si deducano a notizia del publico, e possano in conseguenza avere il pieno loro effetto, ordiniamo che il presente nostro editto venga affisso, e pubblicato in tutte le città, e luoghi principali della provincia di Romagna, e si abbia così come se fosse stato a ciascuno intimato. Dato in Roma dal palazzo di Monte Citorio nostra solita residenza, questo dì 25 settembre 1795.

MXXXIV.

Dat. die  
2 octobris  
1795  
anno XXI.

Ampliatio concessionis factæ monialibus Conceptionis beatæ Mariæ virginis egrediendi e monasterio ad effectum visitandi corpus sancti Gregorii episcopi Nazianzeni asservatum in basilica Principis Apostolorum de Urbe.

Dilecto filio Nostro  
in alma Urbe Nostra vicario  
in spiritualibus generali.

Pius PP. VI.

Dilecte fili salutem, et apostolicam  
benedictionem.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ abbatissa, et moniales Conceptionis beatæ Mariæ virginis immaculatæ in Campo Martio de Urbe ordinis sancti Benedicti, quod, cum alias in ecclesia dicti monasterii sacrum, ut pie creditur, corpus sancti Gregorii episcopi Nazianzeni per plura sæcula asservatum ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus veneraretur, ac postmodum de hujus sanctæ Sedis licentia ad basilicam Principis Apostolorum de eadem Urbe translatum inibi custodiretur fel. rec. Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster precibus earundem abbatissæ, et monialium humiliter sibi porrectis intentus, ut religioni non solum, qua erga eandem sacras exuvias tenebantur, facerent satis, verum etiam, ut septem præscriptas dictæ Urbis ecclesias visitare possent, tunc suo, ac pro tempore esistenti in alma Urbe vicario in spiritualibus generali commisit, ut sub certa tunc expressa forma, et modo pro tempore existentibus abbatissæ, monialibus expresse professis, novitiis, educandis, conversis, et aliis in eodem monasterio degentibus, ut a primis vespere unius diei infra octo dies post festum ejusdem sancti episcopi, sive alterius diei pro opportunitate ab abbatissa pro tempore existente designanda e suo monasterio egredi, et ad dictam basilicam ire, ac subinde die immediate sequenti ab ortu, usque ad occasum solis diei hujusmodi reliquis dictæ Urbis ecclesias pro visitatione septem ecclesiarum præscriptas adire, et visitare possent, auctoritate apostolica indulgeret; prout in ejusdem Benedicti prædecessoris hisee desuper die xxx. augusti MDCCLVI. expeditis literis uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem exposito

Preces porrectæ a monialibus.

subiungebat dictæ exponentes licentiam egrediendi bis in anno e dicto monasterio, ut præfertur, a memorato Benedicto prædecessore concessam per Nos ampliari summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus favoribus, et gratis prosequi volentes, earumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolutas, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: circumspeditioni tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut ipsis moderatis, et pro tempore existentibus abbatissæ, et monialibus expresse professis, novitiis, educandis, conversis, et aliis in ejusmodi monasterio degentibus licentiam bis in anno egrediendi e dicto monasterio, ut præfertur a memorato Benedicto prædecessore concessam ad aliam vicem pariter in anno in die mensis octobris pro opportunitate ab eadem abbatissa designanda, servata tamen in reliquis earumdem Benedicti prædecessoris litterarum forma, et dispositione, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas.

Derogatio contrariorum.

10 dicembre 1791 in tutt'altro, che non è modificato nel presente, nè possa a questo mai darsi, nè opporsi di surrezione, o orrezione di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, non ostante che non siano state in questo intese, o chiamate tutte le comunità solite disporre della privativa incetta de' stracci, l'università de' ferravecchi, e stracciaroli di Roma, i concessionarj delle due quinte di straccio duca don Livio Odescalchi, e cavalier Sampieri, i fabbricatori di carta del Nostro stato, e chiunque altro credesse, e stimasse averci interesse, togliendo Noi a qualunque giudice, e tribunale, benchè collegiale, congregazione anche di reverendissimi cardinali, legati a latere, vice-legati, governatori, ed a chiunque altro ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, definire, ed interpretare in contrario il presente Nostro chirografo, benchè non ammesso, nè registrato in camera, e ne' suoi libri a tenore della Bolla di Pio IV. de registrandis vogliamo, che vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, benchè non sia stato inteso, o citato monsignor commissario della Nostra camera, e qualunque altra persona, che vi avesse, o pretendesse avervi alcun interesse, e per comprenderle facesse di bisogno speciale, ed individua menzione, supplendo Noi colla pienezza della Nostra podestà pontificia ad ogni vizio, e difetto qualunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire per questa sola volta, e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nel presente Nostro chirografo amplamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 21 novembre 1795.

Pius PP. VI.



MXXXVIII.

Abolitio præsidii urbani nuncupati militum Pacificorum civitatis Cæsena-tensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **N**on est levitati, inconstantique animi tribuendum, si quando, ut in privatis, ita in publicis rationibus, tempore, et necessitate id postulante, nonnulla commutantur; nam, ut sunt res humanæ fluxæ, et incertæ, sæpe incidit, ut quod justis, gravibusque de causis statutum, ac decretum fuerit, id usus postea minus salutare, atque interdum adeo noxium ostendat, Nostræ ut diligentia sit, qui in speculis manemus, nec a republica dejicimus oculos, illud aut mollire, et inflectere, aut refigere penitus, et abrogare.

§. 2. Nos profecto alias dilectorum filiorum magistratus civitatis, patriæque Nostræ carissimæ Cæsena præcibus adnuentes, concessimus, ut ex omnibus militibus, qui de numero, seu Pacifici vocitati, apud eandem civitatem auctoritate fel. rec. Pauli III., Julii III., et Pii IV. prædecessorum Nostrorum essent constitui, manipulus quinquaginta juvenum deligeretur; idemque ea omnia obiret, quæ antea milites Pacifici solerent. Cujus quidem manipuli novos milites Nos privilegiis honestavimus; atque ut securitati urbis provisum esset magis, jussimus certum eorum numerum perpetuo in statione esse, excubias, et vigiliis agere: et quo pecunia, in stipendium iis militibus, ac ducibus, et in reliquos sumptus suppeteret, vectigal annuum more camerale exigendum imperavimus; ut possessores nempe prædiorum etiam ecclesiastici, qui propter vias agri Cæsena publicas non ultra decem pedes latas serere arbores solent, pro qualibet Cæsena pertica, qua in longum producuntur duos nummulos lingua nostrate quattrini monetæ Romanæ pendere deberent; quod sane vectigal possessoribus quoque prædiorum, ad angustiores vias pertinentium, coacti sumus deinde imponere. Præterea ad constituendam in eo manipulo disciplinam leges in eam rem conditas auctoritate Nostra confirmavimus, ac dilectis filiis Joanni Jacobo Bandio, et Joanni Fran-

Dat. die  
24 novembris  
1795  
anno XXI.

Exordium

Memorantur  
leges datas super  
erectione,  
et munere  
cohortis militum  
Pacificorum.



cisco Fattibonio ducibus manipuli a magistratu Cæsena electis, aliisque post hac eligendis honores, et nomen vulgo di. comandante, sub jurisdictione commissariatus generalis, tum existentis, armorum adtribuimus; prout in Nostris in simili forma Brevis hac de re expeditis literis die xxx septembris anni MDCCLXXXVIII. uberius continetur. Aliaque deinceps pro eodem manipulo decrevimus; immo vectigal commemoratum etiam duplicavimus pro viis tantum, quæ decem, aut noyem, aut octo pedes patereant, reliquis arctioribus exceptis; quod colligitur ex similibus Nostris in forma Brevis literis xv junii MDCCLXXXIX. vel xiii. martii, vel xv junii MDCCLXXXII.; quarum omnium tenorem heic pro expresso haberi volumus.

Ratio decernende revocationis.

§. 3. Quum vero, sicut nuper accepimus, experientia cognitum sit, ex vectigali illo, quamvis ita aucto, non sufficere, ad institutam militiam perpetuo atendam, ita ut res jam alienum aliquod contractum sit; idque evenire partim errore, quo falsus est in metiendis viis, fundisque decempedator a communitate adhibitus, partim, ac vero magis pertinacia possessorum vectigal solvere recusantium. Quumque, si vis inferretur, turbæ concitarentur, et dissidia maxima orirentur, aliasque Nos rationes, quæ Nobis propositæ sunt, minus ex usu esse judicaverimus: hæc quum ita se habeant, eadem illa benevolentia, et charitas, qua patriam Nostram complectimur, quæ quidem Nos ante impulerat ad illa, quæ hactenus, statuenda, Nos nunc in alia omnia abire hortatur.

Tenor revocationis.

§. 4. Motu itaque proprio, et ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudinæ, tum commemoratas Nostras apostolicas, tum alias, si quæ unquam hisce desuper a Nobis prodierunt, literas, recripta etiam, Nostra manu signata, chirographa, et alia quæcumque super præmissis quoquo modo, etiam vivæ vocis Nostræ oraculo emanata, exceptis quidem inferius exprimendis tenore præsentium revocamus, cassamus, inducimus, abrogamus, irritamus, tollimus, viribusque, et effectu vacua esse, ac perpetuo fore, neque imposterum cuiquam suffragari posse, vel debere decernimus, et declaramus. Ast quod comes Fattibonius de sua pecunia, ob inopiam ærarii, in præsidarios milites necessarios fecerit sumptus, ad summam scutorum sex-

centum triginta octo, et obulcrum circiter decem, ipsiusque ærarii causa præses factus fuerit, pro sorte, et usura locorum montium sancti Pauli ad scuta quatuor millia quingenta nonaginta quinque; idcirco, quoad ei omnino solvatur, idemque periculo liberetur, locis montium redemptis, volumus, ut vectigal illud nummularum quadragintium apud nostrates quatrini, duorum et quatuor, per literas Nostras in forma quoque Brevis die xxx septembris anni MDCCLXXXVIII., et xiii. martii anni MDCCLXXXII. imperatum, pensitetur; omnesque expositulationes, et querelas apud adiutorem Nostrum a negotiis publicis expositas, repudiamus. Quod vectigal interea procurandum, atque ad commemoratum finem erogandum dilectis filiis generali consilio ipsius civitati Cæsena, seu decurionibus ab eo diligendis committimus; ita tamen, ut pro eo vectigali, ut necum aliis confundatur, peculiaris quæstor, seu depositarius, ut dicitur, constituatur, qui sub jurisdictione sit cardinalis in exarchatu Nostro Ravennæ, et provinciæ Romandiolæ de latere legati, pro tempore existentis, eique separatam illius a reliquis vectigalibus omnibus rationem reddere debeat.

Providentiæ favore comitia Fattiboni, Jacobi Aldini, et Joannis Bandi

§. 5. Pensionem quoque illam scutorum viginti septem, et obulorum nonaginta, quæ ad conservandum armamentarium fuit imposita, ut communitas Cæsena solvere deinceps pergat, jubemus. Comites autem Joannem Franciscum Fattibonium, et Jacobum Aldinium bene meritos; quandoquidem Joannes Bandius mandato munere se abdicavit; alterum tribuni, lingua vernacula *colonnello*, alterum subtribuni *maggiore*, nomine, et insignibus, honoris causa posthac uti decernimus; illudque præterea, ut ne ab eodem Fattibonio, qui ærario militari præfuit, nec a quoquam ejus in illo procurando administrorum rationes reposcantur quippe quas jam satis explicatas ille retulerit, ad januarium usque; ad ludentis anni MDCCLXXXV. apud eum, qui in Nostris copiis summam imperii tenet; apud quem is etiam, qui illius ærarii postea curam gessit, ad diem sextum usque augusti, qua clausum illud fuit, suas tabulas accepti, et expepsi deferre debeat, apud eundem, perinde ac Fattibonii illas, diligenter servandas. Volumus denique, ut arma, et instrumenta militiæ omnia magistratui Cæsena, unde fuerunt sumpta, reddantur, vestimentis exceptis,

quæ ducibus minoribus, militibus gregariis, tympanistis æquum est relinquere, sed ita ut hi intelligant, quod iisdem est aperte denunciandum, privilegia, et honores, quibus antea fruebantur, vestimenta haud consecrari, sed ipsis non cum militia professione interis: liber quoque metationis viarum, et agrorum a decempedatore communitatis consecræ, ad magistratum deferatur; ad quæstorem vero, seu publicum depositarium liber de ratione exigendi vectigalis, de quo superius demonstravimus.

§. 6. Non obstantibus supradictis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ipsius civitatis Cæsenæ etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores presentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quarta novembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

Derogatio contrariorum.



MXXXIX.

Dat. die  
10 decembris  
1795  
anno XXI.

Nova prorogatio facultatum concessarum archiepiscopis, episcopis, ac diocesani administratoribus regni Galliarum, nec non Avenionis, et comitatus Venaisini, Sabaudia, aliorumque locorum, quæ persecutioni sunt obnoxia.

§. 1. **I**isdem perseverantibus malis, eadem sunt adhibenda remedia. Cum igitur in regno Galliarum, Avenione, in comitatu Venaisino, in Sabaudia, aliisque etiam locis ubi fideles legitimis pastoribus destituuntur, nec possunt absque gravi discrimine, et incommodo adire hanc apostolicam Sedem, perdurent adhuc illæ infelicissimæ circumstantiæ, ob quas Sanctissimus Dominus Noster præfatis archiepiscopis, episcopis, ac diocesani administratoribus varias, easque amplissimas, et extraordinarias facultates concessit, quæ in subsequentibus indultis dierum x. decembris MDCCXCII., xvi. decembris MDCCXCIII., et xv. decembris MDCCXCIV. prorogata fuerunt; eadem Sanctitas Sua, cui spiritualis fidelium pastoralis ejus curæ concreditorum utilitas summopere cordi est, cum spiritualibus eorum indigentis, eo meliori modo quo fieri potest consultum esse velit, novo hoc indulto concedit præfatis archiepiscopis, episcopis, et diocesani administratoribus prorogationem omnium, singularumque extraordinariarum facultatum, quæ in præcedentibus indultis comprehenduntur; idque concedit iisdem legibus et conditionibus, quæ prioribus indultis fuerunt appositæ, quæque declarata fuerunt in prorogatione diei x. decembris MDCCXCII.

Ratio, et tenor  
prorogationis  
facultatum.

§. 2. Quoniam vero præteritis temporibus factum quandoque est, ut aliquis episcopus, aut vacantis diocesis administrator ob liberum tabellariorum cursum præpeditum, literas facultatum prorogationem continentes recipere tempore opportuno non potuerit, eamque ob rem in summa rerum angustia, et difficultate versatus fuerit; hinc eadem Sanctitas Sua, ut simili in posterum incommodo occurrat, omnium, singularumque extraordinariarum facultatum nuper commemoratarum prorogationem concedit non ad aliquod definitum tempus, sed quoad usque ab eadem Sanctitate Sua revocentur. Datum ex ædibus Vaticanis die decima decembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto.

Ampliatio facultatum ad  
tempus indefinitum.

MXL.

Dat. die  
15 decembris  
1795  
anno XXI

Statuitur alternativa novitiorum philosophiæ, et theologiæ studentium magistrorum, et moderatorum pro provincia sancti Antonii nuncupata ordinis sancti Francisci.

Venerabili fratri Bartholomeo archiepiscopo Damiatensi, Nostro, et sanctæ Sedis apostolicæ in regno Portugalliæ, et Algarbiorum nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Nihil est præstantius, nihil optabilius, nihil jucundius pace, ea profecto pace, quam Dei filius his ipsis fere diebus manifestatus olim in carne e cælo detulit hominibus bonæ voluntatis, quam reversurus ad patrem suis discipulis reliquit, quam apostoli in suis epistolis tam sæpe, tam enixe precabantur, et commendabant fidelibus. Quæ quidem pax, ut apud omnes sancta servetur, quantum est situm in Nobis, curandum, ut vero in religiosis familiis floreat præcipue entendum intelligimus, quæ certe, dissociatis animis, consistere prorsus nequeunt. Atqui non est mirandum, si in illis etiam; humanæ quippe naturæ imbecillitate, et perversitate existunt interdum diversæ voluntates, ac studia hominum, contentiones, et querelæ, quæ sunt pacis inimicæ, quum vel apud illos concordissimos ultimæ ætatis christianos, de quibus Lucas in actis murmur aliquod emergerit Græcorum adversus Hebræos eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum.

Ratio concessionis.

§. 2. Quod tamen malum ut arceatur a provincia sancti Antonii nuncupata in Brasilia ordinis sancti Francisci, quæ ex hominibus constat partium in ipsa Brasilia natis, partium eo ex Lusitania advectis, iisdemque in tredecim cœnobiis distributis dilecti filii Matthæus ab incarnatione minister provincialis, Antonius a s. Helena custos, atque Josephus a s. Aloisio, Josephus a s. Birgitta, Josephus a Jesu, et Maria, et Josephus a s. Agnete definitores actuales ejusdem provinciæ exponi Nobis nuper fecerunt nihil opportunius videri,

quam ut æquabilitas certa quædam inter fratres utriusque nationis inducatur, hac nimirum ratione; ut ministri provinciales posthac parem ex utraque natione numerum novitiorum, pro choro, adsciscant; neque vero plures ex una, quam ex altera ad philosophiæ, theologiæque studia admittant; quod si quis suscepto earum disciplinarum cursu, aut sponte illum reliquerit, aut e vita discesserit, alter ex ejus popularibus ei sufficiatur, siquidem nondum transacti duo menses fuerint ab philosophiæ aperto ludo; qui si fuerint, ex fratribus alterius nationis aliquis subrogetur: magistros vero tradendis facultatibus totidem constitutos habeant Lusitani quot Brasilienses; quorum tamen si quem forte de improvviso desiderari contigerit, ejus muneri gerendo succedat quidem ejusdem nationis alter, ubi præsto sit idoneus; sin minus ex natione altera arcessatur: de moderatoribus vero provinciæ ita res conveniat, ut triennio uno provincialis minister ex natione una deligatur, ac septem cum eo cœnobiolorum præfecti, seu ut vocantur guardiani, ac definitores duo, ex altero vero reliquorum cœnobiolorum guardiani sex, definitores quoque duo, tum custos, et visitator generalis; triennio autem proximo vicissim: ita in capitulis triennio quoque habendis, neutra natio suffragiorum numero, et auctoritate præstabit: quod si minister provincialis forte vel custos, legitimo triennii, necdum absoluto tempore, cujus terminis suum munus circumscribitur, aut eo se abdicarit, aut debitum naturæ reddiderit, in ejus locum alter nationis ejusdem creetur, at si definitorem aliquem aut casus, aut voluntas etiam eripuerit, pater dignior ex eadem illius natione, suo jure subeat: ad procuratores tandem generales quod attinet, quos quidem provincia Bahiæ, et Pernambuci, tum Ulyssipone, et Portucalis, ad sua negotia gerenda habere cogitur, priores duo Brasilienses, alteri Lusitani perpetuo debeant esse: cætera munia minora moderatores, quibus satius judicaverint, nullo discrimine nationis facto, demandent. Huic vero a se institutæ rationi, ut ne umquam labefactari possit apostolicæ auctoritatis robur accedere iidem dilecti filii, quos supra commemoravimus magnopere cupiunt.

§. 3. Nos igitur ipsos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo,

Tenor concessionis.

et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ, cujus vigilantia, sapientia, et virtus difficillimis in rebus fuit Nobis cognita, et probata, per præsentem committimus, et mandamus, ut statutum demonstratum ad coagmentandam, et stabiliendam pacem in ea provincia, auctoritate Nostra apostolica, quo illud ratum, et fixum apud omnes in futurum sit adprobes, et confirmes.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Eadem auctoritate derogando, quatenus opus sit, omnibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, statutis ordinis, et provinciæ ejusdem etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decima quinta decembris millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.



MXLI.

Dat. die  
5 Januarii  
1706  
anno XXI.

Committitur nuncio apostolico Hispaniarum, ut confirmet contractum venditionis nonnullorum honorum ad militiam de Alcantara spectantium.

Venerabili fratri  
Philippo archiepiscopo Pyrgensi  
Nostro, et hujus sanctæ Sedis apostolicæ  
in regnis Hispaniarum  
nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam  
benedictionem.

§. 1. **B**ellorum calamitates, et Ratio concessio-  
nis damna nunquam profecto satis horrennis: quæ quondam experti vir ille fortissimus Machabeorum, ejusque virtutis, et consiliorum socii rectissime rogabant Dominum prostrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent, sed et si quando peccassent, ut ab eo mitius corriperentur = (II. Machab. 10. 4.) atque utinam cum ipso bello, finem ea mala haberent, nec diutiora multo essent; inque posteritatem etiam dimanarent. Quibus ut recreetur suum Hispaniarum regnum acerbissimo paullo ante bello afflictum, ac vexatum, cum summopere cupiat, totusque animo, et mente hanc in cogitationem insistat carissimus in Christo filius Noster Carolus rex catholicus, Nobis nuper exponi fecit, non aliam se reperire viam, quam quæ a claræ memoriæ Philippo avo suo, et Ferdinando patruo, et Carolo patre regibus inita fuit, cum similibus incommodis, et difficultatibus regnum premeretur, ut nimirum, accedente consensu hujus sanctæ Sedis apostolicæ bona aliquot veneant, alicujus ex militaribus ordinibus, quorum is beneficio hujus ipsius sanctæ Sedis, administrator est perpetuus constitutus: se suis quippe populis majora tributa imperare non posse, probe memorem divinæ illius sententiæ: = qui vehementer emungit elicit sanguinem: = (Prov. 30. 33.) itaque nos rogare, et orare, ut quam facultatem, superiore memoria nuntii sanctæ Sedis hujus in regnis Hispaniarum pontifices maximi fel. rec. Benedictus XIV., et Clemens XIII. per sua chirografa tribuerunt, quo alienationis illorum honorum contractus auctoritate apostolica ipsi ratos haberent; eandem

fere Nos quoque tibi impertiri vellemus : nam edictis propositis, quis quanti emerret, quod reliquum est possessionis optimæ vulgo *della Serena*; (multum enim ejus antea potestate ab hac sancta Sede facta distractum dicitur) ad militiam de Alcantara nuncupatam pertinens, tum in solo, tum in pecore, tum in decimis, tum in quibuscumque fructibus, redditibusque aliis, inde provenientibus, extitisse dilectum filium Antonium Doriega de Bada Matritensem, qui majori pretio, quam cæteri, empturum se spondeat, centies nempe tricies centum, et nonaginta novem millibus, his quoque centum triginta quatuor regalibus monetæ illarum partium.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur miserrimorum temporum vicem dolentes, supplicationibus Caroli ipsius regis nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut contractum venditionis, et emptionis commemoratæ, qui inter dilectum filium equitem Petrum de Acuña y Malbar majestatis regis nomine, et prædictum Antonium Doriega de Bada consociendus est, cognoscas, examines, et auctoritate Nostra apostolica adprobes, et confirmes, ad hoc certe, ut pecunia inde redacta æs alienum dissolvatur, arces, castella, propugnacula tuendis, et defendendis sinibus reficiantur, muoiantur, suppleatur numerus militum, ac detrimenta quæcumque per bellum importata sarciantur. Cæterum spem Nos magnam in Caroli regis pietate collocavimus, curæ præcipuæ ipsi futurum, ut quod militiæ de Alcantara honorum deperit, aliis copiis, ratione aliqua compenset.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernimus vero has præsentem literas firmas, validas, et efficaces esse ac fore, suosque plenarios, et integros effectus obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sedis apostolicæ nuncios judicari, ac definiri debere; et irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Adriani pp. VI. prædecessoris Nostri constitutione, qua cavetur, ne bona dictæ militiæ alienentur, ac quibusvis aliis constitutionibus, et ordina-

fionibus apostolicis, nec non quatenus opus sit ipsius militiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

MXLII.

Dat. die  
8 januarii  
1796  
anno XXI.

Tollantur omnes immunitates a solvendis decimis privilegio apostolico, et consuetudine etiam immemorabili innoxæ in ditione regis catholici.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Divini cultus procuratio, Exordium  
quo sane vinculo vel maxime humana societas copulatur; unde cum privata cuiuscumque, tum vero communis omnium beatitas consistit, res est profecto, præter quam nullam potiore habere homines debent. Atque ut ad eam de suis quisque facultatibus aliquid conferat, virtus religionis, quæ cæterarum omnium fundamentum est, hortatur, ac postulat. Est autem, et quædam justitiæ species, ut quemadmodum magistratibus, et militibus, ac reliquis communi saluti, et utilitati ad laborantibus, ita, et ministris divini cultus, rei tam præstantis, tamque necessariæ, suppeditent homines, ex quo vitam pro sua dignitate sustentare possint; id quod divus Paulus copiose persequitur capite



nono epistolæ ad Corinthios prioris, cuius est illa gravis oratio: » Si vobis spiritualia seminavimus, magnum est si carnalia vestra metamus? » quotam vero suarum fortunarum partem quisque Deo, a quo illas accepit, suæ pietatis, et grati etiam animi testificandi causa, seponeret, id cum omnium fere gentium consensus, naturæ quodam veluti dictu, tum ratio legis veteris, ad imitandum proposita, tum denique ecclesiæ spiritu veritatis imbutæ auctoritas constituit partem nimirum decimam.

Decleratio  
quoad natu-  
ram decima-  
rum, et onere  
illas solvendi.

§. 2. Itaque decimarum solutionem debitam esse Deo, et qui eas dare no-  
luerint, aut dantes impediunt res alienas invadere concilium Tridentinum rectissime pronuntiavit (Sess. 25 cap. 12 de Ref.) ac fuit sane tempus, quo Romani pontifices prædecessores Nostri; quibus honorem Ecclesiæ summum arbitrium, et dispensatio credita divinitus est opportunum existimantur multis quidem, ac præsertim religiosis familiis; seu tanquam pauperibus, qui Ecclesiæ copiis alendi essent, seu quod de Ecclesia bene meruissent; onus illud solvendarum decimarum remittere, quum divinus inde cultus non modo haud imminui, sed augeri videretur, nec Dei ministris, quibus eæ legitimæ debebantur ad se sustendendum, et ad sua munera obeunda aliquid necessarii decederet. Quæ quidem immunitates pro ea, qua incepsi sumus charitate in omnes et prolixa voluntate, cuperemus, ut omnibus perpetuo salvæ, et incolumes manerent. Atqui res humanæ diutius consistere eodem statu nequeunt, sed flere, et dilabi, aquarum instar necesse est.

Expositio præ-  
cum porrecta  
rum a rege  
catholico pro  
revocatione  
immunitatum.

§. 3. Expositum nam nuper Nobis est carissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum regis catholici nomine, vehementer apud se questos esse Toletanum archiepiscopum, et quamplurimos alios episcoporum, et cleri earundem Hispaniarum; ex illis immunitatibus adeo in angustum rem esse redactam presbyterorum, qui bene præsumt, quique laborant in verbo, et doctrina, quos duplici honore dignos haberi jubet apostolus (1 ad Tim. 5) ut neque congruam ipsis se sustentandi ratio suppetat, et templa suis ornamentis nudata squaleant, pauperes, quorum illi sunt parentes, ab inopia, et egestate, qua miserime conflantur, nequeant sublevari; hæc, atque alia incommoda in dies serpere, et manare latius; nec ullum inveniri iis remedium nisi immunitatibus illis sublatis, quæ

quidem privilegio, et consuetudine sint innixæ; id genus immunitatibus se ipsos privari exposcere, quo æquabilitas juris servetur, eamque jacturam cæteri minus gravate ferant.

§. 4. Nos igitur Carolo regi, atque episcopis adeo, et clero Hispaniarum justa petentibus, tanquam magno opere rogantibus, re diu, multamque deliberata, negare haud posse existimavimus. Itaque supplicationibus ejusdem Caroli regis nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, immunitates omnes a solutione decimarum, privilegio aut generali, aut speciali concessas a prædecessoribus Nostri Romanis pontificibus, vel ab aliis eorum nomine, et auctoritate, quibuscumque verborum formulis, quibuscumque apostolicis literis etiam in corpore juris clausis, et quibuscumque derogatoriis derogatoriarum, aliisque cautionibus munitis; quarum tenorem his Nostri pro plene, et sufficienter expresso, et de verbo ad verbum inserto haberi omnino volumus, aut consuetudine etiam immemorabili suffultas; quibuscumque ejusmodi immunitates datæ sint in regnis et ditione commemorati Caroli regis catholici tam citra, quam ultra Oceanum, vel mensis archiepiscopalibus, abbatialibus, vel capitulis cathedralium, et collegiatarum, vel ordinibus mendicantium, aut non mendicantium, vel aliorumque regularium monachorum, aut canonicorum, aut clericorum congregationibus, institutis, quacumque appellatione præditis, vel militiis etiam sancti Joannis Hierosolymitani, vel cœnobiis, monasteriis, collegiis, domibus, cœmendis, prioratibus, vel personis cujuscumque gradus, qualitatis, et conditionis etiam cardinalatus honore fulgentibus; denique quibuslibet plane communitatibus, aut singularibus personis etiam quarum specialis, et expressa mentio facienda est; quam perinde ac facta hæc esset censeremus, et jubemus, nec quemquam hoc prætextu Nostræ huic ordinationi subducere se posse; has profecto immunitates omnes, per præsentem Nostras literas perpetuo valituras, auctoritate Nostra apostolica revocamus, inducimus, abolemus, tollimus, annullamus, et revocatas, inductas, abollitas, sublatis, annullatas prorsus esse, nec cuiquam suffragari ullam in partem posse, et communitates, ac personas omnes, et singulas, quas superius demonstravimus, decimas in posterum iis, quibus legitime competant

Tenor revocationis decretæ pro omnibus existentibus in regno Hispaniarum.

secundum morem cujusque regionis, solvere debere decernimus, statuimus, jubemus. Si qui vero forte detrectent, venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis, cæterisque locorum ordinariis, qui in regnis, et ditione omni Caroli regis sunt, earumdem præsentium vigore mandamus, ut non exemptos quidem auctoritate ordinaria, exemptos vero tamquam hujus sanctæ Sedis apostolicæ delegati, per censuras etiam, et pœnas ecclesiasticas, prout de jure coerceant, et ad officium compellant, implorato ad id, ubi opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Conservatio  
immunitatum  
oneroso titulo  
concessarum.

§. 5. Quamquam neminem tam improbæ, et amentis cupiditatis futurum speramus, qui non hilari potius animo, quales datores Deus diligit, quam ex tristitia, aut ex necessitate Deo, quæ ejus sunt reddat, qui deinceps, ut per prophetam pollicitus est, (Malach. 3. 10.) inferentibus decimas in horreum suum aperiet cataractas cæli, et effundet ipsis omnem benedictionem, usque ad abundantiam, et increpabit pro ipsis devorantem, et non corrumpet fructum terræ, nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum, et beatos ipsos dicent omnes gentes. Cæterum tametsi id satis perspicuum sit, apertius tamen profitemur ducimus, has literas Nostras nihil prorsus eas immunitates tangere, quas titulo, ut dicitur oneroso aliquis habet, quas labefactari, et oppugnari justitia non patitur. Neque par esse decernimus ex iis quoque fructibus, decimarum nomine, quidquam exigi, quos religiosi viri continentibus suis domibus horti, aut terrulæ quotannis suis manibus jugo bouum exultæ progignunt.

Clausula sub-  
lata, et decre-  
tam irritans.

§. 6. Decernimus vero has literas firmas, validas, et efficaces semper esse, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus obtinere, ac illis ad quos spectant, et pro tempore quandocumque spectabunt, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostræ apostolicæ auditores, ac Sedis apostolicæ nuncios, judicari et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, quod earumdem præsentium literarum exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum die octava januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostræ anno vicesimo primo.

Fides habenda  
irascriptis.

MXLIII.

Instante episcopo Funchalensi imminuuntur dies festi in eadem civitate, et diœcesi.

Dat. die  
15 januarii  
1796  
anno XXI.

Venerabili fratri Josepho  
episcopo Funchalensi in insula Madera.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem,  
et apostolicam benedictionem.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit sanctus Leo magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum: ea propter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos christifideles benignitate quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariorum inopiam non sine conscientie angore contemnuntur. Quoniam vero, sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem fraternitati tuæ innotuit, quod in civitate, et diœcesi Funchalensi adeo excreverunt calamitates, et angustie propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolæque, præsertim vero ii, qui in sudore vultus sui panem

Ratio concessio-  
nis.

comedant, quam sæpissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis sese adicere pro victu sibi comparando, atque ideo facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum, ac propterea Nobis supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessivus.

§. 2. Nos itaque, qui christifidelibus, quantum cum Domino possumus salute remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustinendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adduci cupimus, dictos incolas specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præseates committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus christifidelibus earundem civitatis, et diœcesis Funchalensis, ut deinceps, exceptis omnibus diebus dominicis, nec non natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, atque Corporis Christi, et Ascensionis, sancti Joannis Baptistæ, ac sanctorum Petri, et Pauli, ac Jacobi apostolorum, et commemorationis omnium sanctorum; præterea quinque dicatis beatae Mariæ virginis immaculatæ, scilicet, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, itemque sancti patroni, aut tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat, festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio: in reliquis vero festis sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive per synodales ejusdem diœcesis constitutiones, sive quacumque alia de causa etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque audita tantum missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo scrupolo vacare possint auctoritate Nostra apostolica conc-

das, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, et mandes.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, Derogatio contrariorum. ac in universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non civitatis, et diœcesis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo.

MXLIV.

Instante ordine sancti Benedicti congregationis Vallisoletanæ confirmatur instrumentum super redemptione quindenniorum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Exigit pastoralis officii humilitati Nostræ ex alto commissi sollicitudo, ut quemadmodum animi Nostri vires, mentisque consilium eo coarctate tenemur, ne Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Sedisque apostolicæ jura vel minimum convellantur, sic libenter apostolicæ Nostræ auctoritatis patrocinio, ea omnia, quæ ad eadem jura sancta tecta servanda, neve in posterum temporum, ac rerum vicissitudinibus obnoxia sint, provide conventa sunt, roboremus, prout in Domino salubriter expedite conspiciamus.

§. 2. Jamdudum siquidem Romani pontifices prædecessores Nostri, et signanter Julius pp. II. et Leo pp. X., quo monasteriorum ordinis sancti Benedicti congregationis Vallisoletanæ angustiis, quibus premebantur, prospicerent, ac ad suum pristinum candorem,

Dat. die  
16 januarii  
1796  
anno XXI.

Præsumitur.

Memorantur providentias prædecessorum, et præsertim Julii II. et Leonis X. in subsidium congregationis Vallisoletanæ.

regularem disciplinam, ubi jacebat, revocarent, vel ubi vigeat, magis magisque firmarent, precibus regum Hispaniarum catholicorum tunc sibi humiliter porrectis annuentes modo unam, modo plures abbatias, aut prioratus dicti ordinis tunc vigore regularum cancellariæ apostolicæ Romani pontificis pro tempore existentis, ac apostolicæ Sedis dispositioni reservatas, quæ prius abbatibus, aut prioribus non regularibus commendari solebant, monasteriis ordinis, et congregationis prædictis perpetuo apostolica auctoritate univerunt, atque incorporarunt, ita tamen, ut eadem congregatio, seu singula monasteria, quibus abbatia, ac prioratus prædicti unita, atque adnexa fuerunt, tunc conventa quindennia, aliaque jura sacro venerabilium fratrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium collegio, ac cameræ, seu cancellariæ apostolicæ, aliisque vigore unionum hujusmodi debita deinceps sine mora persolvere deberent, prout ex eorumdem prædecessorum Nostrorum, vel sub plumbis, vel in simili forma Brevis expeditis literis uberius continetur. Ad hæc usque tempora ab eadem congregatione, dictisque monasteriis religiose stipulatis summis ad assem satisfecerunt; quod si interdum ob temporum vicissitudines, ac calamitates, aliisque de causis solutiones hujusmodi prolatae sunt, reges catholici pro sua religione, ac summa in hanc Sedem observantia vix efflagitantibus interesse habentibus decursa quindennia, ac jura prædicta solvi curarunt.

§. 3. At nuper dilectus filius Bernardus Gamba abbas generalis ordinis, ac congregationis prædictorum onus solutionis quindenniorum, aliorumque jurium hujusmodi, quo congregatio, ac monasteria prædicta tenebantur, redimere desiderans, ipse non solum, sed omnia etiam, et singula dicta monasteria dilecto filio Bonaventuræ Ardenez monacho ordinis, et congregationis prædictorum expresse professo, ac procuratori generali demandarunt, ut ipse cum dilecto filio Nostro Hippolyto Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Vincenti nuncupato tunc archiepiscopo Corinthiensi, ac apud carissimum in Christo filium Nostrium Carolum Hispaniarum regem catholicum Nostro, et apostolicæ Sedis nuncio de hac re ageret. Hisce itaque ad Nos allatis postulationibus cum de eo maxime solliciti essemus, ne quantumcumque jus tertii hinc læderet venerabilibus fratribus Joanni Francisco episcopo Hostiensi,

*Bull. Rom. Tom. IX.*

et Veliternensi decano, Henrico episcopo Tusculano Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vice-cancellario, Carolo episcopo Portuensi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerario, nec non dilectis filiis Nostris Vitaliano tunc in vivis degenti primo in ordine presbyterorum, Gregorio primo in ordine diaconorum tunc viventi, Stephano dicti collegii camerario, ac Philippo pro-datario, ac defensori jurium collegiorum participantium cancellariæ Nostræ apostolicæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus Albani, duci Eboracensi, Rezzonico, Borromeo, Salviati, Borgia, Campanelli respective nuncupatis, hujus negotii cognitionem commisimus, omnemque illius definitionem delegavimus. Qua propter in ipso negotii limine fuit primum inter partes conventum, quod ad firmandas summas, quæ pro redemptione hujusmodi essent solvendæ, taxati eorumdem quindenniorum, aliorumque jurium præfatorum in codicem authenticum scriptum anni MDCCII. apud archivium nunciaturæ apostolicæ existentem relata omne foret fundamentum; deinde a congregatione, seu monasteriis prædictis fuerunt oblatae requisitæ conditiones, quibus eadem redemptio postulabatur, quæ fuerunt ejusmodi.

§. 4. Primo ut dictum cardinalium collegium, cæterique interesse habentes, eidem congregationi, suisque monasteriis tertiam partem totius summe quindenniorum, aliorumque jurium juxta dictam taxam condonassent. II. ut ex aliis duobus trientibus constituatur sors, quæ in quindecim annos distributa, quod inde in singulos annos colligebatur habendum esset veluti annuus redditus ad eandem sortem pertinens, quem interesse habentes pro quindennio, aliisque juribus prædictis consequi possent: ac memoratus Bonaventura procurator generalis, ac mandatarius pecuniam numeratam pro sorte colligebatur computatis usuris trientibus. III. Lata etiam portiones decursorum quindenniorum juxta dictam taxam, et cum trientis diminutione super tota summa promittebat. IV. Decem in singula centena a se solutum iri pro dictæ sortis permutatione Romam offerebat. Tandem pro validiori redemptionis, ac contractus hujusmodi firmitate illum juxta stipulandi hisce desuper instrumenti formam auctoritate apostolica confirmari, et quatenus opus esset sanari desiderabat. Quibus conditionibus cum memorata cardinalium congregatio acquievisset, eidem Hippolyto cardinali tunc nuncio apo-

Conditiones  
conventæ pro  
dicta redemp-  
tione.

Actus adhibiti  
pro pertractan-  
da redemptio-  
ne quindennio-  
rum.

stolico contractus hujusmodi stipulationem commiserunt, eique propterea unum aut plura instrumenta hisce desuper juxta formam prædictarum conditionum, cum omnibus, et singulis validioribus clausulis, et solemnitatibus stipulandi, et conficiendi omnes necessarias, et opportunas facultates attribuerunt, prout ex mandato procuræ a dicto Gregorio cardinali Salviati aliorum nomine sigato, et in actu factæ stipulationis contractus hujusmodi exhibito uberius continetur.

Stipulatio ini-  
ta super præ-  
dicta redem-  
ptione favore  
monasterii. Pe-  
tri de Mantis.

§. 5. In vim itaque dictorum mandatorum, ac facultatum tum dicto Hippolyto cardinali tunc nuncio apostolico, tum dicto Bonaventuræ Ardenez procuratori generali, ut præfertur, attributarum pro eo quod ad singula monasteria prædicta spectat, habitis semper præ oculis tum quindenniorum, aliorumque jurium taxa in illorum codice præfato firmata, tum memoratis conditionibus condonandi præsertim trientem dictæ taxæ, subductis aliis præpositis calculis, sic conventum est.

I. Ut pro redemptione quindennii, aliorumque jurium prædictorum, quæ a monasterio sancti Petri de Mantis Astoricensis diocesis ob illius unionem a felicitis recordationis Julio pp. II. prædecessore Nostro eidem congregationi anno MDVI. factam solvenda essent, juxta præmissa deberentur realia de Vellon tremilla monetae Hispanæ, seu scuta centum quinquaginta monetae Romanæ, ideoque pro permutatione Romanæ dictæ summæ alia scuta quindem dictæ monetae, seu realia de Vellon tercenta. Pro rata vero quindenniorum a die vii. augusti MDCCLXXVI. usque ad ultimam diem anni MDCXCII. non soluta, sat essent realia de Vellon mille octingenta quinquaginta quinque, ac pro hujus pariter summæ permutatione prædicta alia realia similia centum octoginta quinque, et meravedis septemdecim.

Similis favore  
monasterii de  
Espuareda.

II. Ut pro redemptione quindenniorum, aliorumque jurium prædictorum a monasterio sancti Andree de Espuareda tum ob illius unionem dictæ congregationi alias ab eodem Julio prædecessore xxvii. junii MDVI. tum ob alias uniones parochialis scilicet sanctæ ecclesiæ de Langre a fel. rec.

Paulo pp. III. prædecessore Nostro, et cappellæ in altari sancti Joannis in ecclesia ejusdem monasterii alias respective factas deberentur juxta præmissa realia de Vellon dictæ monetae tria millia quingenta quinquaginta, nec non realia tercenta quinquaginta quinque pro dicta pecuniarium permutatione, pro rata quindenniorum, aliorumque jurium prædictorum a die vigesima quinta augusti MDCCLXXVI. usque ad dictam ultimam diem anni MDCXCII. non solutis essent numeranda realia duomillia centum octoginta tria, quæ realibus centum decem et octo, et octo maravedis dictæ monetae augenda essent ob pecuniarum permutationem.

### III.

§. 7. Fuerunt inter partes contra- bentes pacta realia de Vellon prædicta tresdecim millia, et viginti quinque pro quindenniis, aliisque juribus prædictis juxta præmissa a monasterio sancti Salvatoris de Cellanova Auriensis diocesis in vim tum illius unionis dictæ congregationi a Leone pp. X. prædecessore Nostro anno MDXV; tum aliarum unionum sanctæ Columbæ scilicet, ecclesiæ parochialis sancti Petri de Vande a fel. rec. Martino pp. V. prædecessore Nostro, sanctæ Mariæ Laurentanæ, ac aliarum quarumcumque unionum eidem monasterio respective factarum debitis, ac in dictam pecuniarum permutationem realia hujusmodi mille tercenta duo, et maravedis septemdecim. Ac pro rata non solutorum quindenniorum, aliorumque jurium prædictorum a die xxv. augusti MDCXCII. usque ad ultimam ejusdem anni diem realia prædicta centum septuaginta tria, ac alia realia similia decem et septem, et maravedis decem pro dicta summæ hujusmodi permutatione.

Similis favore  
monasterii san-  
cti Salvatoris  
de Cellanova.

Similis favore  
monasterii san-  
cti Stephani de  
Ribas.

IV. Ut pro redemptione quindennii, aliaque jura prædicta ad formam præmissarum conditionum, quæ a monasterio sancti Stephani de Ribas de Sil ejusdem Auriensis diocesis alias eidem congregationi a memorato Julio prædecessore primo tertio sui pontificatus unito, atque ob incorporationem prioratus sancti Vincentii de Ponveyro eidem monasterio die quinta augusti anni MDXXVI. factam juxta præmissa realia de Vellon prædicta tremille centum viginti quinque, pro dicta hujus

Similis favore  
monasterii san-  
cti Stephani de  
Ribas.



summæ permutatione realia tercenta duodecim, et maravedis septemdecim; pro ratis vero quindenniorum, ac jurium hujusmodi a die vigesima quinta mensis augusti anni MDCCCLXXVI. usque ad totam ultimam diem anni MDCCXCI. non solutis realia mille noningenta, et viginti duo, et pro dicta pecuniarum hujusmodi permutatione realia centum nonaginta duo, et maravedis quatuor fuerunt conventa.

## V.

§. 9. Pro unione sanctæ Christianæ dicto monasterio sancti Stephani de Ribas de Sil dictæ Auriensis diocesis ab eodem Leone prædecessore sub die x. martii anni MDXVII. facta stipulatum fuit a monasterio, et congregatione prædicta, ad redimenda dicta quindennia, ac jura juxta præmissa realia mille ducenta, et quinquaginta, ac realia centum viginti quinque pro dicta pecuniarum permutatione, pro ratis vero eorundem quindenniorum, ac jurium a die xxiv. augusti MDCCCLXXXVIII. ad totum annum MDCCXCI. non solutis realia centum sexaginta sex, et realia sexdecim, et maravedis viginti pro dicta hujus summæ permutatione deberi.

## VI.

§. 10. Redemptio quindenniorum, aliorumque dictorum jurium a monasterio, seu abbate, ac monachis monasterii sanctæ Mariæ de Burgos Burgensis diocesis tamquam administratoribus hospitalis sancti Joannis de Rabe propter unionem præstimonii, seu beneficii de Rabe eidem hospitali a memorato Julio II. prædecessore xxvi. januarii anni MDVIII. factam, fuit conventa juxta præmissa in realibus de Vellon dictæ monetæ septingentis, et viginti quinque: pro hujus vero summæ permutatione prædicta fuerunt pacta realia septuaginta duo, et maravedis septemdecim; pro quindenniiis, aliisque juribus a die xxvii. mensis augusti anni MDCCCLXXXIX. ad totum annum MDCCXCI. non solutis realia tercenta quinquaginta quinque, ac dicta illorum permutatione realia triginta quinque, et maravedis decem, et septem.

## VII.

§. 11. Fuit pariter constitutum inter partes ab eodem monasterio, seu mo-

nachis veluti administrantibus dicti hospitalis in vim unionis præstimoniorum seu simplicium beneficiorum ecclesiasticorum de Poderosa, de Socrasto Dioteri de Sieneras de Haroy de Secobia, y de Generos, de Burgos illi a memorato Leone X. prædecessore die xxix. junii anno sexto sui pontificatus factæ in redemptionem hujusmodi juxta præmissa realia duo millia, et tercenta; in dicta permutatione vero hujusmodi summæ realia tercenta viginti in decursa quindennia, aliaque jura prædicta a die xx. octava mensis novembris anni MDCCCLXXIX. usque ad totum dictum annum MDCCXCI. realia centum nonaginta tria, et in dicta hujusmet summæ permutatione realia unum de viginti, et maravedis octo deberi.

## VIII.

§. 12. In redemptionem quindenniorum, ac jurium prædictorum pro unione perpetua monasterii sancti Petri de Arlama Burgensis diocesis dictæ congregationi a memorato Leone X. prædecessore die xxx. augusti MDXVIII. facta, juxta præmissa pacta fuerunt realia prædicta ter mille, in dicta hujus summæ permutatione realia tercenta; in solutionem decursorum quindenniorum a die vicesima nona augusti anni MDCCCLXXXVIII. ad totum annum MDCCXCI. realia dictæ monetæ quatuorcenta, et unum, ac in dicta hujus pariter summæ permutatione realia quadraginta, et quatuor maravedis.

## IX.

§. 13. Ad redimenda juxta præmissa quindennia, aliaque jura, quæ a dicta congregatione solvebantur propter unionem monasterii sancti Salvatoris de Omnia Burgensis illi a fel. rec. Innocentio pp. VIII. prædecessore Nostro die v. julii anno octavo sui pontificatus factam, fuit inter partes constitutum realia prædicta sex mille, et ducenta quinquaginta esse numeranda; ad dictam vero illorum permutationem realia sexcenta viginti quinque, ad decursa quindennia, aliaque dicta jura solvenda a die vicesima sexta mensis julii anni MDCCCLXXVI. ad totum annum MDCCXCI. realia ter mille octingenta sexaginta quatuor, ac ad dictam illorum permutationem per literas realia tercenta octoginta sex, et septemdecim maravedis.

ne beneficiorum, eidem adnexorum.

Similis pro monasterio s. Petri de Arlama

Similis pro eodem super unione monasterii facta ab Innocentio VIII.

Similis ut supra pro unione sanctæ Christianæ dicto monasterio sancti Stephani.

Similis favore monasterii de Burgos.

Similis pro eodem monasterio super unione

## X.

Similis pro monasterio s. Mariae de Obarenis.

§. 14. Stipulatum fuit a dicta congregatione juxta præmissa deberi realia de Vellon duo millia quingenta, et septuaginta quinque tum propter unionem monasterii beatæ Mariæ de Obarenis Burgensis diocesis, a fel. rec. Clemente pp. VII. prædecessore Nostro xvii. julii MDXXVI. illi factam, tum propter unionem solitudinum, seu eremorum eidem monasterio a memorato Innocentio VIII. anno quinto sui pontificatus decretam: ac realia ducenta quinquaginta septem, et septemdecim maravedis ob pecuniarum permutationem prædictam; nec non alia realia nonaginta nonaginta octo, ob non soluta quindennia, et jura prædicta a die octava martii MDCCCLXXXII. ad totum annum MDCCXCI. et in dictam hujus summæ permutationem realia nonaginta novem, et viginti, et octo maravedis.

## XI.

Similis pro monasterio s. Dominici de Silos.

§. 15. Satis esse conventum fuit ad redimenda quindennia, aliaque jura dicta a memorata congregatione debita tum ob unionem monasterii sancti Dominici de Silos Burgensis diocesis a memorato Julio II. prædecessore anno MDXII., tum ob alias uniones eidem monasterio sancti Martini scilicet Matriti, sanctæ Mariæ de Duero, et prioratus de s. Trutos respective factas juxta præmissa realia sex millia ducenta quinquaginta, ac pro dicta pecuniarum hujusmodi permutatione Romam, realia sexcenta viginti quinque: in dissolutionem vero decursorum quindenniorum, aliorumque jurium prædictorum a die duodecima septembris MDCCCLXXXII. usque ad totum annum MDCCXCI. realia duo millia tercenta, et unum de viginti, ac in pecuniarum hujusmodi permutationem prædictam realia ducenta triginta, et unum, et triginta maravedis.

## XII.

Similis pro monasterio s. Martini de Santiago.

§. 16. In eo pariter partes contrahentes convenerunt ad totalem redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium prædictorum, quæ ab eadem congregatione solvebantur, tum ob unionem monasterii sancti Martini de Santiago Compostellanæ diocesis eidem congregationi a memorato Innocentio VIII. prædecessore anno tertio sui pontificatus, atque ob alias uniones prioratum, et ecclesiarum sancti Cypriani de Brivis, sancti

Martini de Ozon, sancti Laurentii de Carbuyero, sancti Petri de Soandres, sanctæ Mariæ de Portu, sancti Salvatoris de Hermis, sancti Antonii, et sancti Jacobi de Gonveyro, sancti Salvatoris de Bergondo, sanctæ Mariæ de Cambre respective factas solvenda esse juxta præmissa realia decem millia, et nonaginta septuaginta quinque, ac in dictam hujus summæ permutationem alia realia mille, et nonaginta septem, et septemdecim maravedis: in dissolutionem vero quindenniorum, aliorum dictorum jurium a die decima sexta aprilis anni MDCCCLXXIX. usque ad annum MDCCXCI. deberi realia prædicta quinque millia, et quingenta quinquaginta octo, et pro dicta permutatione jam conventa realia quingenta quinquaginta quinque, et viginti octo maravedis.

## XIII.

§. 17. Propter unionem beneficii, vel ecclesiæ, seu capellæ s. Payo ante Altares dicto monasterio sancti Martini de Santiago Compostellanæ civitatis, vel diocesis anno MDII. die vicesima septima februarii a fel. rec. Alexandro pp. VI. prædecessore Nostro factam, conventum est solvenda esse juxta præmissa in redemptionem debitorum quindenniorum, aliorumque jurium prædictorum realia hujusmodi quinque millia ducenta quinquaginta, in dictam hujus summæ permutationem realia quingenta viginti quinque: in satisfactionem jam decursorum quindenniorum a vigesima septima die februarii usque ad totum annum MDCCXCI. realia mille ducenta viginti octo, ac in dictam hujus pecuniæ permutationem realia centum viginti duo, et viginti et octo maravedis.

Similis pro eodem monasterio relate ad unionem beneficii, et capellæ s. Payo.

## XIV.

§. 18. Ab eodem pariter monasterio sancti Martini de Santiago pactum fuit deberi in redemptionem quindenniorum, aliorumque dictorum jurium a beneficio, seu capella sancti Juliani de Morayme debitorum juxta præmissa dicta realia de Vellon mille octingenta septuaginta quinque, ac in dictam pecuniarum hujusmodi permutationem realia centum octoginta septem, et septemdecim maravedis: in decursa quindennia, aliaque jura prædicta a die prima martii MDCCCLXXXVIII. usque ad totum dictum annum MDCCXCI. realia hujusmodi ducenta octoginta octo, ac pro

Alia similis pro eodem super unionem beneficii, et capellæ s. Juliani.

dicta illorum permutatione Romam realia viginti et octo, et viginti et octo maravedis.

## XV.

Alia similis pro eodem super unione prioratus de Armelo.

§. 19. Redemptio quinquenniorum, aliorumque dictorum jurium a congregatione prædicta tum propter unionem monasterii sancti Joannis de Poyo illi a fel. rec. Paulo pp. III. prædecessore Nostro sub die decima quarta aprilis anni MDXLVIII. factam, tum propter incorporationem prioratus de Armelo eidem monasterio alias pariter factam unanimi consensu juxta præmissa taxata fuit in realia ter mille centum viginti quinque, ac tum in dictam hujus summæ permutationem realia tercentena duodecim, et septemdecim maravedis: tum in quinquennia, aliaque jura prædicta a die decima quarta aprilis anni MDCCCLXXXIX. ad totum annum MDCCXCI. non soluta realia tercentena, et triginta tria, cum dicta pecuniarum hujusmodi permutatione realia triginta tria, et octo maravedis conventum est deberi.

## XVI.

Similis pro eodem super unione præstimonii de Tribis Astoricensis diocesis a memorato Julio II. prædecessore alias illi factam deberi juxta præmissa dicta realia de Vellon mille; pro dicta illorum permutatione realia centum: in non soluta quinquennia, aliaque jura prædicta a die vicesima prima mensis junii anni MDCCCLXXXIII. ad totum annum MDCCXCI. realia tercentena triginta sex, ac alia realia triginta tria, ac viginti, et duo maravedis pro dicta illorum permutatione.

§. 20. Apud contrahentes pariter exploratum fuit ad redimenda quinquennia, aliaque jura prædicta a monasterio sanctimonialium s. Payo de Santiago solvenda ob unionem ecclesiæ, seu præstimonii de Sobrado de Tribis Astoricensis diocesis a memorato Julio II. prædecessore alias illi factam deberi juxta præmissa dicta realia de Vellon mille; pro dicta illorum permutatione realia centum: in non soluta quinquennia, aliaque jura prædicta a die vicesima prima mensis junii anni MDCCCLXXXIII. ad totum annum MDCCXCI. realia tercentena triginta sex, ac alia realia triginta tria, ac viginti, et duo maravedis pro dicta illorum permutatione.

## XVII.

Similis pro unione monasterii s. Mariæ ex Real de Naxera.

§. 21. Propter unionem perpetuam monasterii sanctæ Mariæ ex Real de Naxera Calaguritanæ civitatis, vel diocesis eidem congregationi alias sub die trigesima prima mensis aprilis anni MDXII. a memorato Julio II. prædecessore factam a dicta congregatione, seu monasterio esse solvenda juxta præmissa realia de Vellon ejusmodi duodecim millia ducenta octoginta quatuor, ac propter dictam hujus summæ per-

mutationem realia mille ducenta quinquaginta duo, et septemdecim maravedis, nec non ob non soluta quinquennia, cæteraque jura prædicta, a die vicesima quinta octobris anni MDCCCLXXXIII. ad totum annum MDCCXCI. realia prædicta quatuor millia, et nonaginta quinque, ac realia ejusmodi quatuorcentena novem, et septemdecim pro dicta pecuniarum permutatione partes unanimiter consenserunt.

## XVIII.

§. 22. Ad redimenda quinquennia, aliaque jura a monasterio de s. Millan de la Cogolla Calaguritanæ diocesis, seu a congregatione prædicta ob perpetuam illius unionem a memorato Alexandro VI prædecessore anno MDII. factam, et anno MDXII. a dicto Julio II. pariter prædecessore eidem congregationi confirmatam debita conventum fuit solvenda esse juxta præmissa realia dictæ monetæ duodecim millia, et quingenta viginti quinque, pro dicta illorum vero permutatione realia mille ducenta quinquaginta duo, et maravedis septemdecim: ob decursa quinquennia, aliaque jura prædicta a die xiii. martii MDCCCLXXVI. ad totum annum MDCCXCI. realia septem millia octingenta quatuordecim, ac pro dicta horum permutatione realia septingenta octoginta et unum, et duodecim maravedis.

Similis pro monasterio de s. Millan de la Cogolla.

## XIX.

§. 23. Propter unionem monasterii beatæ Mariæ Virginis de Balbanaera Calaguritanæ civitatis, vel diocesis eidem congregationi a memorato Leone prædecessore anno MDXXXIII. factam fuit stipulatum deberi, juxta præmissa in redemptionem quinquenniorum, ac jurium quæ ab ipsa in hanc causam pendebantur, realia prædicta tria millia septingenta quinquaginta: in dictam illorum permutationem realia tercentena septuaginta quinque; pro quinquennis vero, ac juribus prædictis a die xxvii. aprilis MDCCCLXXXV. usque ad totum dictum annum MDCCXCI. decursis realia hujusmodi mille, et duo, ac pro dicta illorum permutatione centum realia, et sex maravedis.

Similis pro monasterio s. Mariæ de Balbanaera.

## XX.

§. 24. Constitutum est unanimi consensu a dicta congregatione in redemptionem quinquenniorum, ac jurium præ-

Similis pro monasterio s. Felices de Bañolas.

dictorum, quæ ab ipsa propter tum monasterii sancti Felicis de Guixolos Gerundensis civitatis, vel diœcesis tum unius ex cappellis majoribus unionem alias eidem congregationi factam pensitabantur necessaria esse juxta præmissa realia undecim mille, et septingenta, ac in dictam hujus summæ permutationem realia hujusmodi mille centum septuaginta; ad solidanda vero quindennia, et jura prædicta a die vicesima martii MDCCXC. ad totum annum MDCCXCI. decursa oportere solutionem realium de Vellon prædictorum octingentorum, ac novemdecim, ac pro dicta horum permutatione realia octoginta et unum, et maravedis triginta deberi.

## XXI.

§. 25. Cum alias dictus Leo X. prædecessor sub die vicesima septima maii MDXV. congregationi prædictæ monasterium sancti Petri de Exlonza Legionensis civitatis, vel diœcesis univerit, hinc ob hujusmodi, ejusque annexorum, et præcipue parochialis ecclesiæ sanctæ Eulaliæ unionem pactum est juxta præmissa pendenda esse realia quatuor mille, et quinquaginta, in dictam illorum permutationem realia quatuorcentena quinque; in satisfactionem vero quindenniorum, et jurium prædictorum a die vicesima prima octobris MDCCCLXXXIII. ad totum annum MDCCXCI. debitorum alia realia mille tercenta viginti sex, ac pro illorum permutatione realia centum triginta duo, et viginti, et duo maravedis esse solvenda.

## XXII.

§. 26. Redemptio quindenniorum, ac jurium prædictorum, quæ juxta præmissa a dicta congregatione tum ob unionem monasterii sancti Claudii de Leon Legionensis civitatis, vel diœcesis ei a memorato Leone X. prædecessore anno MDXV. factam, tum ob alias uniones prioratus scilicet sancti Romani de los Soleros del Rey a fel. rec. Martino V. prædecessore Nostro anno sexto sui pontificatus, ac præstimoniorum de Asular, de Campo, et de Alcona a fel. rec. Galixto papa III. prædecessore itidem Nostro die duodecima aprilis MCCCCLVIII., et a fel. rec. Pio papa II. prædecessore pariter Nostro dicto monasterio sancti Claudii respectivo factas pendebantur, unanimiter in realibus quinque millibus, et noningentis præfinita fuit,

dictumque, ut pro dicta hujus summæ permutatione per literas Romam solverentur realia quingenta, et nonaginta: ea pro quindenniis, juribusque præfatis a die xxi. novembris MDCCCLXXXV. ad totum dictum annum MDCCXCI. realia mille, et quatuor centena, et quardraginta, ac in illorum permutationem prædictam realia centum quadraginta quatuor.

## XXIII.

§. 27. Factis calculis, deductis detractionibus jam usque ab initio conventis pactum fuit ab eadem congregatione in redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium prædictorum, quæ ob unionem monasterii sancti Benedicti de Fallagan Legionensis civitatis, vel diœcesis, ac ecclesiarum sancti Petri de Boadilla, abbatix s. Maurii de Belver, aliorumque prioratum in literis unionis hujusmodi a dicto Alexandro VI. prædecessore anno quarto sui pontificatus expeditis contentorum pensitabantur, realia viginti quatuor millia octingenta, pro dicta illorum permutatione realia duo millia, et quatuor centena octoginta: in solutionem vero quindenniorum, aliorumque jurium hujusmodi a die i. februarii MDCCCLXXXIX. usque ad totum annum MDCCXCI. debitorum realia novem mille octingenta quadraginta quatuor, ac pro dicta illorum permutatione realia noningenta octoginta quatuor, et duodecim maravedis dictæ monetæ deberi.

## XXIV.

§. 28. Quod autem ad monasterium sancti Salvatoris de la Caridad vulgo de Cantada Lucensis civitatis, vel diœcesis attinet, ob illius unionem monasterio sancti Benedicti Vallisoletanæ conventum fuit a dicta congregatione, ut hinc debita quindennia, ac jura prædicta juxta præmissa redimeret, realia mille, et quingenta quinquaginta, pro dicta illorum permutatione alia realia centum quinquaginta quinque: pro quindenniis vero, dictisque juribus a die xiv aprilis MDCCCLXXXV. ad totum annum MDCCXCI. realia quatuorcenta, et septemdecim, ac pro conventa earumdem permutatione realia quadraginta, et unum, et viginti sex maravedis esse præstanda.

Similis pro eodem super unionem monasterii s. Petri de Exlonza.

Similis pro eodem super unionem monasterii s. Claudii de Leon.

Similis pro eodem super unionem monasterii s. Benedicti de Fallagan.

Similis pro monasterio s. Salvatoris de la Caridad.

## XXV.

Similis pro monasterio s. Vincentii de Mont-fort.

§. 29. Ut redimerentur quinquennia, aliaque jura a monasterio sancti Vincentii de Mont-fort Lucensis civitatis, vel diocesis, seu a dicta congregatione solvi consueta ob ipsius monasterii unionem dictæ congregationi a memorato Alexandro VI. prædecessore anno millesimo quatuorcentesimo nonagesimo sexto factam arbitratum fuit juxta præmissa oportere realia termillia centum viginti quinque, pro illorum permutatione præfata per literas realia tercentena, et duodecim, et septemdecim maravedis: pro quinquenniis, cæterisque dictis juribus a die vicesima quinta octobris anni MDCCXXVI. ad totum dictum annum MDCCXXCI. nondum solutis realia sexcentena, et quadraginta septem, ac in illorum dicta permutatione alia realia sexaginta quatuor, et viginti sex maravedis.

## XXVI.

Similis pro eodem monasterio super unionem alterius monasterii sancti Juliani de Samos.

§. 30. Redemptio quinquenniorum, aliorumque dictorum jurium, quæ a dicta congregatione propter perpetuam unionem monasterii sancti Juliani de Samos Lucensis civitatis, vel diocesis, a toties memorato Julio II. die xxvii. maji MDVI. illi factam pensabantur juxta præmissa æstimata fuit realia duomillia, et quingenta, ac pro dicta illorum permutatione Romam dictum fuit deberi alia realia ducenta, et quinquaginta; in satisfactionem vero quinquenniorum, aliorumque jurium prædictorum a die xxv. jannarij MDCCXC. ad totum annum MDCCXXCI. realia centum nonaginta, ac alia realia novemdecim pro eadem permutatione dictæ summæ.

## XXVII.

Similis pro eodem super unionem monasterii s. Mariæ de Ferreyra.

§. 31. Et cum alias a dicto Leone X. prædecessore anno scilicet quinto sui pontificatus dicto monasterio sancti Juliani de Samos annexum, ac incorporatum fuerit monasterium sanctæ Mariæ de Ferreyra pariter Lucensis civitatis, vel diocesis quinquenniorum, ac jurium, quæ in hanc causam a dicto monasterio de Samos, seu congregatione præfata solvebantur redemptio constituta unanimi consensu fuit juxta præmissa in realibus præfatis mille, et ducenta viginti quinque, pro stipulata dicta illorum permutatione debebantur realia hujusmodi centum viginti duo, et septemdecim maravedis: in solutionem vero

Bull. Rom. Tom. IX.

quinquenniorum, aliorumque jurium hujusmodi a die trigesima prima martii MDCCXXVIII. ad totum dictum annum MDCCXXCI. debitorum assignata fuerunt realia centum octoginta quinque, ac in dictam illorum permutationem realia octodecim, et maravedis septemdecim.

## XXVIII.

§. 32. Conventum fuit a dicta congregatione solvenda esse realia termillia, et octingenta dictæ monetæ in redemptionem quinquenniorum, aliorumque jurium prædictorum, quæ ab eo debebantur, tum propter unionem monasterii sancti Salvatoris de Villanova de Lorenzana Mindoniensis civitatis, vel diocesis a memorato Leone X. prædecessore die quinta decembris MDXVII. illi factam, tum etiam propter aliam unionem prioratus de Tabia ab eodem Leone prædecessore anno sui pontificatus dicto monasterio de Lorenzana subinfactam in dictam illorum permutationem alia realia tercentena, et octoginta, pro debitis vero, et nondum solutis quinquenniis, aliisque juribus prædictis a die trigesima prima martii MDCCXXVIII. ad totum annum MDCCXXCI. realia quingenta septuaginta, et unum, ac pro eadem illorum permutatione realia quinquaginta septem, et quatuor maravedis.

Similis pro eodem super unionem aliorum monasteriorum, et prioratum.

## XXIX.

§. 33. Quod autem attinet ad quinquennia, et alia jura prædicta ob unionem ecclesiæ sancti Antonini de Bedon monasterio sancti salvatoris de Celorio Ovettensis civitatis, vel diocesis alias factam, et a dicta congregatione debita sat esse juxta præmissa pro illorum redemptione realia septingenta, et viginti quinque contrahentes prædicti conveniunt, ac propterea pro dicta summæ hujusmodi permutatione deberi realia septuaginta duo, et septemdecim maravedis: pro debitis vero, et non solutis quinquenniis, cæterisque juribus prædictis a die vii. julii MDCCXXVIII. ad totum dictum annum MDCCXXCI. alia realia centum, et duo, et pro eadem illorum permutatione realia decem, et sex maravedis.

Similis pro unionem ecclesiæ s. Antonini de Bedon.

## XXX.

§. 34. Similiter, et unanimi consensu fuit juxta præmissa æstimata re-

Similis pro eodem super unionem monaste-



en s. Joannis  
de Corias.

demptio quindenniorum, aliorumque jurium hujusmodi, quæ ob unionem monasterii sancti Joannis de Corias Ovetensis civitatis, vel diœcesis eidem congregationi a fel. rec. Paulo III. prædecessore Nostro die vicesima septima novembris MDXXXVI. factam solvebantur realia quatuor millia, et quingenta, dicta illorum permutatio realia quatuorcentena, et quinquaginta: pro quindenniis vero, cæterisque juribus prædictis a die quarta januarii MDCCLXXVII. ad totum dictum annum MDCGXCI. non solutis duo millia septingenta octo, ac pro dicta hujus tandem summæ permutazione realia ducentena, et maravedis viginti, et octo stipulatum fuit.

## XXXI.

Similis propter  
unionem mona-  
sterii s. Mariæ  
de Obona.

§. 35. Ad redimenda quindennia, cæteraque jura a dicta congregatione debita propter unionem monasterii beate Mariæ de Obona Ovetensis civitatis, vel diœcesis illi a memorato Paulo III. prædecessore die vicesima quarta octobris MDXXXVI. factam necessaria esse juxta præmissa realia hujusmodi mille, et quingenta pro dicta hujus summæ permutazione realia centum quinquaginta, pro quindenniis, dictisque juribus a die xxv. augusti MDCCLXXVI. usque ad totum annum MDCXCII. non solutis realia noningenta, et viginti duo, ac pro eadem illorum permutazione nonaginta duo, et sex maravedis contraheutes inter se convenerunt.

## XXXII.

Similis propter  
unionem mona-  
sterii s. Salvato-  
ris de Cornellana.

§. 36. Aestirnata fuit unanimi consensu juxta præmissa redemptio quindenniorum, aliorumque jurium prædictorum, quæ a dicta congregatione in vim unionis monasterii sancti Salvatoris de Cornellana ejusdem Ovetensis civitatis, vel diœcesis ab eodem Paulo III. prædecessore sub die xxvii. augusti MDXXXVI. illi factæ debebantur realia dictæ monete mille, et sexcentena, pro dicta vero illorum permutazione juxta jam præfinitam methodum realia centum sexaginta; pro quindenniis, aliisque juribus prædictis a die quinta junii MDCCLXXXIII. ad totum annum MDCCLXXXI. realia quingenta quinquaginta quatuor, et pro eadem illorum permutazione realia quinquaginta quinque, et duodecim maravedis constitutum fuit.

## XXXIII.

§. 37. Arbitrarunt pariter dicti contraheutes pro redemptione quindenniorum, cæterorumque jurium, quæ a dicta congregatione in vim unionis monasterii sancti Vincentii de Aiedo Ovetensis pariter civitatis, vel diœcesis a dicto Leone X. prædecessore sub die xxvii. septembris anno tertio sui pontificatus factæ pensabantur juxta præmissa deberi realia duo mille, et quingenta dictæ monete, ac realia ducentena, et quinquaginta pro dictæ hujus summæ permutazione; in satisfactionem vero quindenniorum, cæterorumque jurium prædictorum, quæ a die decima sexta septembris MDCCLXXXV. erant debita, necessaria esse realia hujusmodi sexcentena, et viginti sex, ac pro eadem illorum permutazione realia sexaginta duo, et viginti duo maravedis.

Similis propter  
unionem mona-  
sterii s. Vincen-  
tii de Aiedo.

## XXXIV.

§. 38. Quod attinet ad monasterium sanctæ Mariæ de Yerasse Pampilonensis civitatis, vel diœcesis, ex factis calculis, ac de jam stipulatis detractionibus compertum fuit solvenda esse a congregatione prædicta realia de Vellon præfata ter mille, et septingenta quingenta in redemptionem quindenniorum, aliorumque jurium prædictorum, quæ in vim unionis dicti monasterii sanctæ Mariæ de Yerasse eidem congregationi a fel. rec. Clemente papa VII. prædecessore sub die undecima decembris anno octavo sui pontificatus factæ pendebantur; pro vero tollis dicta hujus summæ permutazione realia hujusmodi tercentena septuaginta quinque: pro quindenniis vero, dictisque juribus a die tertia junii MDCCLXXXVI. ad totum annum MDCXCII. debitis requiri realia octingenta triginta novem, ac in dictam hujus summæ permutazione realia octoginta tria, et triginta maravedis.

Similis pro mo-  
nasterio s. Ma-  
riæ de Yerasse.

## XXXV.

§. 39. Jam alias a fel. rec. Eugenio papa IV. prædecessore Nostro monasterio sancti Zoili de Carrion Palentiniæ civitatis, vel diœcesis ecclesia sancti Romani de Extrapña anno tertio sui pontificatus fuit unita, ac a memorato Clemente VII. prædecessore sub die undecima mensis julii MDXXXII. eidem congregationi dictum monasterium sancti Zoili fuit incorporatum, quæ propter ad redimenda juxta præ-

Similis pro mo-  
nasterio s. Zoi-  
li de Carrion.

missa quindennia, aliaque jura, quæ in vim unionum hujusmodi a dicta congregatione solvebantur, pactum est, deberi realia prædicta octo millia quingenta, et viginti quinque, ac pro dicta illorum permutatione realia octingenta quinquaginta duo, et septemdecim maravedis, in satisfactionem porro quindenniorum, dictorumque jurium a die xiii. mensis augusti MDCCLXXXVII. debitorum alia similia realia mille quadringenta, septuaginta septem, ac pro eadem illorum permutatione realia centum quadraginta septem, et viginti sex maravedis pariter deberi.

## XXXVI.

Similis pro monasterio s. Vincentii de Salamanca.

§. 40. Cum compertum esset monasterium sancti Vincentii de Salamanca Salamantinc civitatis, vel diocesis familiaribus augustiis, ac are alieno premi, atque ab aliis monasteriis ordinis, et congregationis prædictorum subteotari inter partes contrahentes fuit conventum, ut ex gratia speciali, ab eo, seu a congregatione prædicta ad redimenda quindennia, aliaque jura, quæ in vim unionis dictæ congregationis, tum dicti monasterii, tum præstimonii, et ecclesiæ de Castellanos de Moriscos pendebantur semissis dumtaxat solveretur summa, quæ secus esset juxta præmissa numeranda, qua propter cum ad dictarum conditionum præscriptum redemptionis quindenniorum, ac jurium hujusmodi æstimanda esset realia mille quingenta, et quinquaginta, dictum fuit sat esse, si ab eadem congregatione in hanc causam penderentur realia septingenta septuaginta quinque: ac pro dicta illorum permutatione realia septuaginta septem, et septemdecim maravedis: pro quindenniis vero, juribusque prædictis a die viii. mensis maii anni MDCCLXXXVII. ad totum annum MDCCXCI. debitis realia centum quadraginta octo, et pro eadem illorum permutatione realia quatuordecim, et decem maravedis.

## XXXVII.

Similis pro conventu s. Isidori de Duenas.

§. 41. Fuit unanimi consensu conventum a monasterio sancti Isidori de Duenas Segobiensis civitatis, vel diocesis, seu a dicta congregatione in redemptionem quindenniorum, aliorumque dictorum jurium propter unionem prioratus s. Boal alias a dicto Julio II. prædecessore die vicesima prima mensis augusti anni MDXII. factam debitorum solvenda esse juxta præmissa realia præ-

Bull. Rom. Tom. IX.

dicta duo millia quatuorcentena septuaginta quinque: pro illorum vero dicta permutatione realia duocentena quadraginta septem, et septemdecim maravedis: in quindenniorum autem, aliorumque jurium prædictorum a die septima septembris anni MDCCLXXIX. ad totum toties dictum annum MDCCXCI. debitorum satisfactionem realia mille centum quadraginta quatuor, ac pro dicta illorum permutatione realia centum quatuordecim, et quatuordecim maravedis deberi.

## XXXVIII et XXXIX.

§. 42. Cum alias nempe die prima mensis martii anni MDCCXXXI. quindenniorum, aliorumque jurium prædictorum summa, quæ ob prioratus, ecclesias, et monasteria monasterio beatæ Mariæ virginis de Monserrato de Catalonia, et monasterio sanctæ Cecilie Viceensis civitatis, vel diocesis pluribus vicibus dictæ congregationi unita pendebantur per initam tunc transactionem apostolica auctoritate, ac usu confirmatam præfinita fuerit, propterea factis jam conventis calculis, ac detractionibus constitutum fuit in quindenniorum, ac jurium hujusmodi redemptionem deberi realia viginti tria millia, et quingenta: pro illorum autem dicta permutatione alia realia duo millia tercentena quinquaginta, in quindennia, dictaque jura a die prima martii anni MDCCLXXVI. usque ad totum annum MDCCXCI. debita, ad juxta præmissa solvenda realia quatuordecim mille noningenta quadraginta duo, ac in dicta illorum permutatione realia mille quatuorcentena nonaginta novem, et sex maravedis.

Similis pro nonnullis unionibus dicto conventui factis de anno 1731.

## XL.

§. 43. Quod autem attinet ad quindennia, ac alia jura prædicta a dicta congregatione debita in vim unionis monasterii sancti Benedicti de Bages Viceensis civitatis, et diocesis, filialis dicti monasterii de Monserrato a fel. rec. Clemente pp. VIII. prædecessore Nostro die quinta mensis septembris anni MDXCIII. eidem congregationi factæ, quod illorum quantitas a dicta transactione, seu concordia diei primæ martii anni MDCCXXXI. præfinita erat hac transactione præ oculis habita conventum fuit in redemptionem eorundem quindenniorum, ac jurium numeranda esse a congregatione præfata octodecim millia, et octingenta realia hujusmodi, ac

Similis pro eadem congregatione super unionem monasterii s. Benedicti de Bages.

pro illorum dicta permutatione realia mille octingenta octoginta: pro quinden- niis vero, dictisque juribus a die tertia mensis septembris anni MDCCLXXVI. ad totum annum MDCCXCI. debitis, et non solutis deberi realia undecim mil- le quingenta triginta quatuor, pro quo- rum toties dicta permutatione realia mil- le centum quinquaginta tria, et qua- tuordecim maravedis.

### XLII.

Similis pro mo- nasterio s. Be- nedicti de Zamora.

§. 44. Redemptio quindeniorum, aliorumque jurium, quæ a monasterio sancti Benedicti de Zamora Zamoriensis civitatis, vel diœcesis, vel a memorata congregatione propter unionem prioratus sancti Petri de Nave alias illi factam pensabantur, aestimata fuit juxta præmissa unanimi partium consensu, realia mille, pro dicta illorum permu- tatione debebantur realia centum, ac in quindeniorum, aliorumque jurium hu- jusmodi a die vigesima quinta mensis augusti anni MDCCLXXXVI. ad totum dictum annum MDCCXCI. debitorum satisfactionem realia duocentena, et tre- decim, ac pro dicta illorum permu- tatione realia viginti, et unum, et decem maravedis.

### XLIII.

Similis pro mo- nasterio s. Be- nedicti Valliso- leti.

§. 45. Ut quinquennium, cætera- que jura prædicta, quæ a monasterio sancti Benedicti Vallisoleti Zamoriensis ci- vitatis vel diœcesis, seu a dicta congrega- tione intuitu unionis prioratus sancti Romani de Orniça illi a memorato Ju- lio II. prædecessore sub die quinta men- sis februarii anno primo sui pontifica- tus factæ, pendebantur, redimerentur, dicti contrahentes juxta præmissa arbi- trarunt, solvenda esse realia mille, et noningenta viginti quinque, ac in illo- rum dicta permutatione realia centum nonaginta duo, et septemdecim mara- vedis: pro quinquenniis, cæterisque juri- bus prædictis a die decima quarta mensis aprilis anni MDCCLXXXV. ad totum annum MDCCXCI. debitis realia quin- genta, et septemdecim, ac pro dicta horum permutatione realia quinquaginta, et unum, et viginti sex mara- vedis.

### XLIII.

Similis pro mo- nasterio beate Mariæ virginis de Baeso.

§. 46. Tandem, et si quindenno- rum, ac jurium prædictorum redem- ptio, quæ monasterium beate Mariæ

virginis de Baeso Zamoriensis civitatis, vel diœcesis, seu dicta congregatio pro- pter unionem beneficii, et ecclesiæ sancti Cacafati a toties memorato Julio II. prædecessore die viii. mensis januarii anno sexto sui pontificatus illi factam pendere tenetur, sit juxta præmissa exti- mata realia mille, et septuaginta duo: nihilominus tum pro reddituum dicti beneficii tenuitate, qui vix ad substên- tationem vicarii inibi commorantis a monachis dicti monasterii electi satis- sunt, tum etiam pro conditione ædium del Baeso, quæ cum mox penitus qua- si exustæ fuerint, omnino ruinosæ re- periuntur, a memorato Hippolyto car- dinali non solum condonata fuit dicta summa ad obtinendam redemptionem quindenno, aliorumque jurium prædi- ctorum, ut præfertur, necessaria, sed etiam omnia omnino quindennoia, et jura prædicta ab anno MDCCXXXIII. non soluta plene ei dimisit.

§. 47. Hisce itaque juxta conditio- nes usque ab initio negotii oblatas pro unoquoque monasterio, ac re, quæ in deliberationem venerabat singillatim conventis cum summa, quæ hinc con- fecta est, ad tercentena quadraginta tria millia octingenta viginti unum realia de Vellon, et septemdecim maravedis monetæ Hispanæ, seu ad septemdecim mille et centum nonaginta unum scuta et obul. septem monetæ Romanæ ascen- deret, ac memoratus Bonaventura pro- curator generalis jam paratus esset hanc summam in numerata pecunia solvere, hinc dicti contrahentes nomine, ac vi- gore facultatum, ut præfertur, sibi re- spective attributarum publicum hisce desuper sub die xiv. mensis martii ani MDCCXCII. stipularunt instrumentum per acta Angeli Verruchi regii no- tarii oppidi civitatis nuncupat. Matrili Toletanæ diœcesis, conveneruntque præ- terea in ipso actu stipulationis hujus con- tractus.

Numeratio pre- tii redemptionis, et stipula- tio instrumenti.

### I.

§. 48. Omnia supraenumerata esse prorsus conformia propositionibus ab eo- dem Bonaventura procuratore generali ad redimenda dicta quinquennia, et jura prædicta, usque ab initio exhibitis, ac a dicto collegio cardinalium, aliisque interesse habentibus, ut præfertur, ap- probatis: ideoque a dicto Bonaventura procuratore generali tum pro perpetua redemptione quindenno, ac jurium prædictorum, tum pro quinquenniis, aliis- que juribus a monasteriis, seu congre-

Aliæ pactiones in stipulatione conventæ.

gatione prædicta non solutis, cum de-  
mum pro permutatione Romam debita  
summæ solvenda esse dicta tercentena  
quadraginta tria millia octingenta vi-  
ginti unum realia de Vellon, et septem-  
decim maravedis monetæ Hispanæ, qua-  
propter omnia, et singula, quæ sin-  
gillatim pro unoquoque monasterio per-  
secuta erant vigore dictarum facultatum  
approbarunt, ac confirmarunt, et qua-  
tenus opus esset, hisce desuper tran-  
sigerunt.

## II.

Memoratus Hippolytus cardinalis  
tunc nuncius apostolicus in vim eorum-  
dem facultatum propter factam a dicto  
Bonaventura procuratore generali sum-  
mæ huiusmodi solutionem in pecunia  
numerata acceptilationem, seu apocham  
in validiori, ac ampliori forma mona-  
sterii, ac congregationi prædictæ, seu  
eorum nomine dicto Bonaventuræ ge-  
nerali de accepta summa huiusmodi si-  
gnavit, eique tradidit sibi interim as-  
sumens onus, illico, ac immediate trans-  
ferendi eandem numeratam pecuniam  
in manibus Joannis Baptistæ Fosi, et  
Gosè sociorum nummulariorum dicti  
oppidi civitatis nuncupatæ Matrili, ut per  
litteras hæc summam permutarent Ro-  
mam ad dispositionem, ac jussu dicti  
Gregorii cardinalis Salviati, prout  
erat ei in mandatis, ita tamen ut in  
instrumento tunc stipulato ipsa apocha  
dictorum nummulariorum de recepta  
pecunia esset inserenda.

## III.

Ut per facta dictæ numeratæ pe-  
cuniæ solutionem perfecta non solum  
esset eorundem quindenniorum, alio-  
rumque jurium prædictorum perpetua  
redemptio, dimissa quoque essent debita  
quindennia, aliaque jura huiusmodi non-  
dum tunc soluta, nec non satisfactum  
promissioni penderi decem in singula  
centena in permutationem totius dictæ  
summæ, Romam ita ut nullo unquam  
tempore nemini liceret sub quovis præ-  
textu, causa, et colore omnia, et sin-  
gula, quæ fuerunt unanimitate consensu in  
vim facultatum ipsi respective attribu-  
tarum conventa, ac stipulata impete-  
re, aut de nullitatis vitio redarguere.

§. 49. Quamobrem memoratus Hip-  
polytus cardinalis alias nuncius pro ho-  
rum omnium validitate, ac firmitate  
nomine dicti collegii cardinalium alio-  
rumque interesse habentium huiusmodi  
evictionem hisce desuper promisit.

## IV.

Tandem convenerunt, ut subin-  
de omnibus, et singulis in tunc sti-  
pulato instrumento contentis, ac expres-  
sis postulanda, ac impetranda esset apo-  
stolica confirmatio. Cum autem sicut  
memoratus abbas generalis, cæterique  
prædicti Nobis humiliter nuper exponi  
fecerunt, quo pactum huiusmodi præ-  
stetur, instrumentum prædictum in lin-  
gua Hispanica in forma authentica, cu-  
jus tenor per summa capita fuit supe-  
rius enunciatus exhibi curaverint, ac  
quo firmiter subsistat, et servetur ex-  
actius apostolicæ Nostræ confirmationis  
robore communiri summopere desire-  
rent: Nobis propterea humiliter suppli-  
cari fecerunt, ut in præmissis oppor-  
tune providere, et ut infra indulgere  
de benignitate apostolica dignaremur.

§. 50. Nos igitur prævio maturo hu-  
jus contractus, seu concordie examine  
ipso exponentes specialibus favoribus,  
et gratis prosequi volentes, illorumque  
singulares personas a quibusvis excom-  
municationis, et interdicti, aliisque ec-  
clesiasticis censuris, sententiis, et pœnis  
a jure, vel ab homine quavis occasione,  
vel causa latis, si quibus quomodolibet  
innodatæ existunt, ad effectum præsen-  
tium dumtaxat consequendum harum  
serie absolventes, et absolutas fore cen-  
sentes, supplicationibus huiusmodi in-  
clinati, memoratum dicti contractus, seu  
concordie instrumentum inter eundem  
Hippolytum cardinalem tunc archiepisco-  
pum Corinthiensem, ac Nostrum, et Se-  
dis apostolicæ in regnis Hispaniarum nun-  
cium nomine collegii cardinalium, alio-  
rumque interesse habentium prædicto-  
rum ex una, et dictum Bonaventuram  
Ardonez procuratorem generalem ordinis,  
et congregationis prædictorum nomine  
eorundem monasteriorum, ac congre-  
gationis ex altera partibus in oppido  
civitate nuncupata Matrili Toletanæ dice-  
cesis sub die xiv. martii anni MDCCXCII.  
per acta Angeli Trucchi notarii regii in  
Hispano idiomate stipulatum cum omni-  
bus, et singulis in eo contentis au-  
ctoritate apostolica tenore præsentium  
confirmamus, et approbamus, illique  
inviolabilis apostolicæ firmitatis robur  
adiicimus, ac omnes, et singulos ju-  
ris, et facti defectus, si qui desuper  
quomodolibet in eo intervenerint, sup-  
plemus, et sanamus.

§. 51. Decernentes has præsentibus  
litteras, nec non omnia, et singula in  
eis contenta, et expressa, nec non in  
dicto instrumento conventionis utrius-

Tenor apo-  
stolicæ confir-  
mationis.

Preces porre-  
ctæ pro obti-  
nenda apo-  
stolicæ confir-  
matione.

Clausula salu-  
tores et irri-  
tantes.

que promissa etiam eo quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo jus, aut interesse habentes, vel habere præcedentes cujusvis status, ordinis, et præminentiae sint, etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni illis non consenserint, seu quod ipsi ad ea vocati non fuerint, aut ex alia qualibet etiam juridica, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite etiam in corpore juris clauso nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet defectu quantumvis magno inexcogitato, et substantiali, sive etiam ex eo quod in præmissis solemnitates, et quæcumque alia forsitan servanda, et adimplenda minime servata, et adimpleta, seu causæ, propter quas præsentibus emanaverint satis adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint notari, impugnari, aut in controversiam vocari, seu adversus eas restitutionis in integrum, appellationis oris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel justitiæ remedium impetrari posse, sed tamquam ad veteres, gravissimasque controversias, ac futurarum dissensionum causas de medio tollendas cum ecclesiastica pacis, rectique rerum ordinis profectu factas, et emanatas perpetuo validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac respective ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari debere, irritam quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio con-  
traciorum.

§. 52. Non obstantibus fel. rec. Pauli pp. II., aliorumque Romanorum pontificum de rebus ecclesiasticis non alienandis, nec non Pii pp. IV. prædecessoris Nostri de gratis interesse cameræ apostolicæ quomodolibet concernentibus in eadem camera registrandis, aliisque apostolicis, nec non in synodalibus, provincialibus, et generalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus præmissis quomodocumque adversantibus, ac etiam Nostri, et cancellariæ apostolicæ regulis etiam illa de jure quesito non tollendo; privilegiis quoque, indultis, et gratis etiam alteratarum, ac literis apostolicis quibusvis ecclesiis, collegiis, ac personis quacumque ecclesiastica etiam cardinalatus dignitate fulgentibus quantumvis specifica, et individua mentione dignis, etiam sub quibusvis

tenoribus, et formis in contrarium præmissorum concessis, et emanatis, dictarumque ecclesiarum, et collegiorum, sive capitulorum, et universitatum etiam confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, et consuetudinibus etiam immemorabilibus. Quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata præsentibus inseri forent pro expressis habentes ad præmissorum omnium, et singulorum effectum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse de apostolicæ potestatis plenitudine derogamus, et derogatum esse volumus; nec non omnibus, et singulis quæ in ipsis præsentibus literis superius in specie, quæque in aliis super tractatus prædicti ratificatione editis decrevimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 53. Volumus autem, ut ipsarum præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decima sexta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

Fides habenda  
transumptis.





Dat. die  
22 Januarii  
1796  
anno XXI.

MXLV.

Ampliatio concessionis factæ capitulo,  
et canonicis ecclesiæ metropolitanæ  
Cæsenaensis super usu mitræ.

Dilectis filiis dignitatibus, et canonicis  
ecclesiæ cathedralis Cæsenaensis

Pius PP. VI.

Dilecti filii salutem, et apostolicam  
benedictionem.

Ratio conces-  
sionis.

§. 1. Inest profecto in omnium ani-  
mis honorum sensus quidam præcipui  
amoris et benevolentiae erga civitatem  
illam, in qua fuit quisque in lucem  
editus, atque susceptus, ubi sacris pri-  
mum imbutus, ubi tenera adhuc ætate  
ad pietatem et optimas artes excoltus,  
ubi genus, ubi majorum vestigia ha-  
bet. Quo quidem sensu et Nos affici  
vel maxime profitemur, ejusque rei  
per multat antehac, eademque certis-  
sima dedisse signa arbitramur. Etsi vero  
satis jam sibi factam a Nobis isti patriæ  
existimare possit, nondum tamen est  
nostra in illam charitas expleta. Quare  
summas, inter quas detinemur, quoti-  
die curas, illa interdum subit jucun-  
dissima sane cogitatio, de ea nimirum  
agenda magis et oroanda. Atque virtu-  
tum quamvis splendore destrarum, di-  
lecti filii, qui primas in illius clero  
tenetis, lucere ea maxime debeat, id  
quod a vobis jure omnino postulatur,  
statuimus tamen, ut ex vestris etiam  
honoris insignibus decus eidem aliquid  
accedat.

Tenor conces-  
sionis.

§. 2. Nos igitur vos quoque spe-  
cialis favore gratiæ prosequi volentes,  
et vestrum singulares personas a qui-  
busvis excommunicationis, suspensionis,  
et interdicti, aliisque ecclesiasticis sen-  
tentiis, censuris, et pœnis a jure, vel  
ab homine quavis occasione, vel cau-  
sa latis, si quibus quomodolibet inno-  
data existunt, ad effectum præsentium  
dumtaxat consequendum, harum serie  
absolventes, et absolutos fore censen-  
tes, motu proprio et ex certa scientia,  
maturaque deliberatione Nostris, vobis,  
dilecti filii, præposito, archidiacono,  
et capitulo ecclesiæ cathedralis Cæsenaensis  
patriæ Nostræ, vestrisque successoribus,  
ut in diebus festis infra annum solem-  
nioribus, nempe in nativitate Domini,  
in dominicis Resurrectionis, ac Pen-  
tecostes cum duobus respective sequen-  
tibus diebus, in festis Circumcisionis,  
Epiphaniæ, Ascensionis, et Corporis Do-

mini nostri Jesu Christi, in feria quinta  
cœnæ Domini, feria sexta in parasceve,  
et sabato sancto: dominica in Albis, et  
dominica sanctissimæ Trinitatis: in fe-  
stivitatibus Conceptionis, Nativitatis, An-  
nuntiationis, Purificationis, et Assum-  
ptionis beatæ Mariæ virginis, omnium-  
que sanctorum, nativitatis sancti Joan-  
nis Baptistæ, sanctorum Petri et Pauli,  
beatæ etiam Mariæ virginis de Populo  
nuncupatæ, ac translationis corpus san-  
cti Mauri episcopi, in die anniversario  
dedicationis vestræ cathedralis ecclesiæ,  
ac in commemoratione omnium fide-  
lium defunctorum; dummodo iisdem  
diebus episcopus solemniter ac pontifi-  
caliter celebret; sicuti etiam aliis die-  
bus in quibus episcopus æque solemniter,  
ac pontificaliter celebrare voluerit,  
et canonici juxta præscriptum cære-  
monialis episcoporum sacra paramenta  
assumere debeant; singuli vestrum, ve-  
strique successores in vesperis, et mis-  
sis solemniter decantandis, nec non in  
processionibus, seu aliis hujusmodi fun-  
ctionibus, in quibus sacra adhibentur  
paramenta, tam in dicta cathedrali,  
quam in aliis ejusdem civitatis, et su-  
barbiorum ejus ecclesiis, in quibus ad  
sacra solemniter peragenda tam episco-  
pas, quam capitulum collegialiter ac-  
cedere consueverint, vel in futurum  
contigerit, mitra simplici ex tela li-  
nea, præsentem etiam sanctæ Romanæ  
Ecclesiæ cardinali, et de latere, nec non  
provinciæ Romandiolæ legato, uti li-  
bere et licite possitis et valeatis, aucto-  
ritate apostolica tenore præsentium per-  
petuo concedimus et indulgemus.

§. 3. Quod si episcopus in enun-  
ciatis festivitatibus, ac respective die-  
bus absens fuerit, vel præsens pontifi-  
caliter non celebret, sicut etiam in  
processionibus litaniarum tum majo-  
rum, tum minorum, quas idem epi-  
scopus per seipsum non peragit, di-  
gnitati, seu canonico tantum hujusmo-  
di functiones peragenti, ut indumenta  
pontificalia sacris actionibus respec-  
tive convenientia, nempe mitram sim-  
plicem ex tela aurea absente episcopo,  
ex tela vero linea præsentem episcopo,  
vel Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali,  
crucem pectoralem sine gemmis, an-  
nulum cum unica gemma, sandalia  
ex closerico, chirotecas, tunicellam et  
dalmaticam, nec non faldistorium li-  
gaeum closerico currentis coloris, non  
autem ex tela aurea vel argentea coop-  
ertum, et ministrum de candela, seu  
palmatoria inservientem habere libere  
et licite possit, et valeat tenore præ-

Declaratio spe-  
cialis.

sentium concedimus pariter et indulgemus. Cæteris canonicis usu mitræ, quotiescumque episcopus pontificaliter per seipsum non celebret, et sacra paramenta ab ipsis assumi non debeant, penitus interdicto. Præterea contingere cum possit, ut festum aliquod, ultra supra expressa in cathedrali, vel in aliis ejusdem civitatis, et suburbiorum ecclesiis in quibus vel præsentibus, vel absente episcopo, capitulum collegialiter conveniat, peragatur, dignitati seu canonico in missa et vesperis, si ve etiam processionibus celebrandis minus expleti pariter indulgemus, ut mitra, et respectivè convenientibus indumentis, pontificalibus supra enunciatis uti possit, dummodo licentiam singulis vicibus ab episcopo obtinuerit. In exequiis vero defunctorum, in quibus juxta pontificalis Romani part. 3. tit. de officiis, quod post missam solemnem pro defunctis agitur, et ceremonialis episcoporum lib. 2. cap. 2. dispositionem, conveniens est, ut fiant absolutiones, tam ab ipso episcopo celebrante, quam ab aliis quatuor episcopis, vel prælatis, si adsint, vel in defectum episcoporum a quatuor primis dignitatibus, vel canonicis, ut hujusmodi quatuor sive dignitates, sive canonici absolventes in actu tantum absolutionum prædictarum mitra simili uti possint facultatem tribuimus et imperitur. In hærentes autem sacrorum rituum congregationis decreto die xxix. januarii MDCCLL. edito, et a san. mem. Benedicto XIV. prædecessore Nostro suis literis apostolicis tertio kalendas martii ejusdem anni confirmato volumus ac districte præcipiendo mandamus, ne dignitas, aut canonicus celebrans præsumat ullo modo, aut pontificalibus indumentis ad altare, aut in choro indui, vel populum trina benedictione benedicere, vel cum formula episcopali = Pax vobis = salutare, vel pastorali baculo uti. Nullus vero sive canonicus, sive dignitas in processionibus Corporis Christi mitram in capite gestare, aut mitra in aliis, præterquam in supradictis collegialibus functionibus utinquam valeat. Insuper vobis singulis, vestrumque successoribus, ut in propriis armis et insignis mitram sine pileo apponi facere, et addere possitis, licentiam impertimur.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit, vestri etiam capituli statutis, etiam juramento, et auctoritate apostolica, vel quavis firmitate alia

roboratis et firmatis, consuetudinibus; privilegiis quoque, indulcis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima secunda januarii millesimo septingentesimo nonagesimo quinto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

### MXLVI.

Dat. die  
26 januarii  
1796  
anno XXI.

Instantibus decurionibus terræ Marano nullius diœcesis Sublacensis facultas administro generali mensæ abbatialis Sublacensis in eundi contractum venditionis conceditur.

Dilecto filio Josepho Catanio mensæ Nostræ abbatialis nullius diœcesis Sublacensis in districtu Urbis administro generali.

### Pius PP. VI.

Dilcte fili salutem,  
et apostolicam benedictionem,

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerant dilecti filii decuriones Nostræ terræ cui Marano est apud vulgus nomen nullius diœcesis Sublacensis in districtu Urbis, se in animum induxisse suum redimere in perpetuum decimas, et proventus mensæ abbatiali Nostræ a suis popularibus debitos, quo horum conscientia securitati prospiciant, qui in illis reddendis negligentes plane sint, remque ita se inter ac te convenisse, ut triginta quinque scuta in singulos annos, pro eo ipsi pendant, ad quod præstandum veniam se a venerabilibus fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus bono regimini status ecclesiastici præpositis impetrasse, nec præterea quidquam, nisi Nostrum consensum ad negotium conficiendum deesse.

Expositio præcedens.


§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et

Tenor concessionis.

interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, discretioni tuæ, dilecte fili, qui prædictæ mensæ abbatialis Nostræ administer generalis es, ut postquam compereris in evidentem ejus mensæ utilitatem id censurum, contractum cum ipsis decuriõibus terræ Marano perpetuæ locationis, et conductionis decimarum, et proventuum prædictorum pro annuo canone superius expresso, et cum conditionibus proficuis inire, stipularique auctoritate Nostra apostolica possis, et valeas, facultatem tenore præsentium impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus fel. rec. Pauli pp. II. prædecessoris Nostri de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima sexta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.



MXLVII.

Dat. die  
26 januarii  
1796  
anno XXI

Facultas Brasiliæ antistitibus dispensandi in quocumque gradu consanguinitatis et affinitatis, præter primum, et delegandi presbyterum ad sacramentum confirmationis administrandum.

Venerabilibus fratribus antistitibus Brasiliæ, quæ in ditone est charissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Franciscæ Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **M**agnam profecto curam, et cogitationem suscipiendam existimavimus de eo, quod expositum nuper Nobis est charissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Franciscæ Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ nomine, ut remedii aliquid adhiberemus Brasiliæ vestris populis laborantibus, quos etiam, tanquam oves suas, pastorum princeps Nobis pascendos, et ducendos commendavit. Renunciatum nam est, apud illos ex natura locorum, qua familiæ altera ab altera longius determinantur, et commercia eas inter prohibentur, atque ex aliis multis causis, quæ difficilem habent explicatum connubia passim iniri inter propinquos, nec inde eos deterreri posse, aut religionis sanctitate, aut poenarum ab Ecclesia propositarum metu, aut antistiti auctoritate ulla, sed infinitum malum quotidie serpere, et manare latius: quominus vero ab Sede hac sancta apostolica identidem dispensatio petatur, tantum maris, ac terrarum spatium oppositum esse; illud præterea adjectum fuit sacramento confirmationis, quo, ut baptizatos homines adversus communes Nostræ salutis hostes armarent, ac munirent, adeo solliciti erant apostoli, eo sane plerosque in Brasilia destitui, quod episcopus, qui ordinarius ejus minister sit, ne se ad illos conferat in abditis, ac vastis, et asperrimis locis, fere dispersos, retineatur, aut retate affecta, aut valetudine, aut longitudine, et difficultate itinerum; aut negotiis etiam suæ ecclesiæ gravioribus, quæ illum tamdiu abesse a sua cathedrali non sinunt. Quæ cum ita se habeant Nobis ejusdem reginæ majestatis.

Ratio concessiois.

nomine supplicatum fuit, ut de ea plenitudine potestatis ligandi, atque solvendi, quam a Domino accepimus, prospicere istius regionis incolis velimus, pro quibus idem Dominus vitam ipsam profudit.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur hoc tam præclarum studium, hancque tam piam Mariæ Franciscæ reginæ in suos voluntatem ipsi gratulantes, votisque ipsius quantum cum Domino possumus annuentes, vobis, venerabiles fratres, vestra nimirum pietate, doctrina, et prudentia freti, ut in sua quisque vestrum diocesi, cum fidelibus vestræ cuiusque curæ commissis, quocumque, præter primum, consanguinitatis tam in linea recta, quam transversa, præterque primum affinitatis in lineæ transversæ gradu, ac etiam si secundus lineæ transversæ gradus attigerit primum, vel ad matrimonia deinceps contrahenda, vel ad permanendam in jam contractis pro utroque foro gravibus de causis gratis dispensare, atque eos præterea, qui neglectis propinquitatis ejusmodi gradibus, contra leges ecclesiasticas, tametsi scienter, nefariam matrimonium jungere ausi fuerint, ab excessibus, excommunicatione, aliisque censuris, et poenis ecclesiasticis etiam pro utroque foro absolvere, ac prolem inde susceptam legitimam declarare, et quoniam metuendum est, quod fletus dicimus, ne aliquot suo scelere eo processerint, ut affinitate in primo gradu lineæ rectæ ex illicito concubito implicati sint, erga hos quoque, in occultis, et in foro conscientie tantum, dummodo certo constet, quod conjux proles non sit ab altero contrahentium genita dispensationis, et absolutionis commemoratæ beneficio uti possitis, et valeatis facultatem quam cum idoneis presbyteris communicare, magno tamen judicio, et delectu adhibito, vobis integrum sit auctoritate Nostra apostolica per præsentem literas, quæ ad viginti quinque annos, nec ultra vim habeant, impertimor. Illud vero etiam, ut presbyterum aut secularem, aut cujusvis ordinis, congregationis, et instituti, ab hac sancta Sede approbati, regularem, iis quidem instructum virtutibus, quas divus Paulus requirit epistolis ad Timotheam, ac Titum suis, qui in iis cuiusque vestrum diocesis partibus, quo vos adire nequeatis, sacramentum confirmationis, chrismate per vos, aut catholicum alium episcopum gratiam, et communionem Nostram, et sanctæ Sedis hujus haben-

tem, benedicto, eodemque novo, si præsto sit, sin minus, etiam antiquo, rite administret, eligere Nostro, et sanctæ Sedis hujus nomine deputare, et delegare possitis, et valeatis, eadem auctoritate Nostra apostolica per ipsas præsentem literas ad viginti quinque annos, ut dictum est valituros concedimus, et indulgemus. Non obstantibus fel. rec. Pii pp. VI. prædecessoris Nostri *de registrandis in camera*, aliisque apostolicis, atque in universalibus, synodalibusque, et provincialibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Pulchre vero intelligitis, venerabiles fratres, ecquid extraordinariæ, et amplæ potestatis a Nobis fuerit ad vos delatum, quanta sit opus, ad illam gendam fide, vigilantia, diligentia, solertia. In id præcipue etiam atque etiam incumbite, ut Sedis hujus apostolicæ benignitatem in se agnoscant, gratoque semper animo prosequantur ii, quibuscum ea uti necesse habebitis. Quæ de dispensationibus in causa matrimoniorum, inter propinquos concilium Tridentinum tam sapienter præcepit, *capite quinto de reformatione sessionis vigesimæ quartæ*, sunt illis, occasione oblata, dilucide explicanda, vehementerque inculcanda; simulque ostendendum, hanc tantam lenitatem, quam Romana Ecclesia, *tamquam si nutrix foveat filios suos*, erga ipsos modo adhibet, hoc unum spectare, ut *sciant denique vas suum possidere in sanctificatione, et honore, non in passione desiderii, sicut et gentes, quæ ignorant Deum* (1. ad Thessalonic. 4.).

Monitum ad episcopos.

§. 4. Volumus autem, harum ut literarum exemplis etiam impressis notarii publici manu subscriptis, et sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem omnino fides, quæ ipsis originalibus in iudicio, et extra adhibeatur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima sexta januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vicesimo primo.

Fides habenda transumptis.



Dat. die  
29 Januarii  
1796  
anno XXI.

MXLVIII.

Facultas Mariæ Josepho episcopo Podiensi promulgandi in sua diœcesi, antiquo privilegio apostolico rato habito, indulgentiam plenariam in forma jubilæi quando festum Annuntiationis incidit in feria sexta in parasceve.

Venerabili fratri Mariæ Josepho  
episcopo Podiensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem,  
et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. **S**tudium tuum ardens, cura- que tua assidua, qua in salutem gregis divini, qui tibi fuit commissus, quique a rapacibus lupis misere obsidetur, incumbis, omnibus ex partibus se quidem ostendit, iis in literis, quas a te nuper libentissime accepimus, die primo labentis anni datas. Levatur aliquando Noster mœror, quem incredibilem profecto ex tantis malis suscipimus, quibus Galliarum ecclesiæ obrunantur, quum illarum episcopos retinere adhuc cernimus invictum animi robur, et constantiam, nec ullis laboribus, et ærumnis frangi unquam, aut debilitari, eosdemque in vigilia quadam sacerdotali perpetuo manere. Est autem illud nunc tenendum, ad quod sanctissimus ille antistes, et martyr Cyprianus adhortabatur suos, (epist. LX. Pamel. LVII.) quum eodem fere in discrimine Africanæ essent ecclesiæ: *ut jejniis, et orationibus insistere, cum omni plebe ne desinamus, et gemitibus continuis: hæc sunt enim nobis arma cœlestia, quæ stare, et perseverare fortiter faciunt.* Quod quidem, ut fideles homines alacrius, et diligentius paragent, ea benignitas, quæ apostolicæ Sedis hujus, ut pote parentis omnium amantissimæ, est maxime propria expromenda pene tota, imperliendaque illis est.

Memoratur concessio facta a prædecessoribus Romanis pontificibus.

§. 2. Itaque quod scribis ab Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris, vel prisca ætate, ac postremo a Benedicto pp. XIII. concessum fuisse diœcesi Podiensi tuæ, cujus ecclesiæ cathedralis patronam habet beatam Mariam virginem ab angelo nunciatam, ut quo anno hujus dies festus feria sexta in parasceve occurrat, indulgentia tua plenaria in forma jubilæi in ipsa diœcesi promulgetur; eoque te privilegio

Bull. Rom. Tom. IX.

jam anno MDCCLXXXV. ingenti cum tui populi, ac finitimorum quoque fructu, usum fuisse, id Nos, tuis ut postulatis obsequamur, hoc etiam anno ratum habemus.

§. 3. Itaque fraternitati tuæ, per has literas committimus, et mandamus, ut eam indulgentiam plenariam in forma jubilæi, qualis in apostolicis literis commemorati prædecessoris Nostri Benedicti XIII. quarum tenorem hic pro expresso haberi volumus, concessa fuit promulgari in prædicta tua diœcesi, auctoritate apostolica cures, eamque intra octo dies lucranda declares a Christifidelibus quibuscumque, etiam advenis, tuam tamen, et Nostram, et sanctæ Sedis hujus communionem habentibus, iisdemque vere penitentibus, et rite confessis, et sacra communione refectis, Deumque enixe rogantibus, ut misereatur populi sui, ut exurgat, et judicet causam suam, ne obliviscatur inopiæ nostræ, et tribulationis nostræ.

Concessio licentiæ publicandi eandem indulgentiam a prædecessoribus tributam.

§. 4. Et quoniam tanta isthæc perturbatio rerum haud sinit, ea ut pietatis opera præstentur, quæ in illis præterea Benedicti XIII. literis præcipiuntur, id permittimus prudentiæ tuæ, ut quæ tempus, quæ locus postulare intelliget, alia, præ illis pietatis opera facienda decernat. Neque hoc tanto beneficio carere æquum est fideles viros illos sive clericos, sive laicos diœcesis tuæ, qui in fugam ab impijs acti solum vertere compulsi sunt ægentes, angustiati, afflicti, illorum instar, quos laudat Paulus, qui a reliquo grege interim necessitate temporis, corpore non spiritu sunt separati. (Cyprian. ep. LVIII. Pamel. LVI.) Itaque ad hos etiam, si injuncta pietatis opera, quorum habebunt facultatem, perfecerint, indulgentiam eandem, perinde ac una cum suis versari pergerent, pertinere volumus.

Remissio nonnullarum operum a Benedictina requisitorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, de non concedendis indulgentiis ad instar, cæterisque contrariis quibuscumque. Perlatum vero et illud ad Nos est eum, qui in tua diœcesi claves regni cælorum, ut divi Optati Milevitani verbis utamur; (I. II. C. Parmen. cap. I.) sibi usurpare contendit, qui contra cathedram Petri suis præsumptionibus, et audacijs sacrilegio militat, pseudo-episcopum nempe intrusum, haud veritum hujus ipsius cathedræ privilegium, indulgentiam scilicet, de qua hactenus, publice proponere. Tu itaque, venerabilis frater, eadem auctoritate Nostra aposto-

Derogatio contrariarum.

H H h h 2



lica denunciato aperte, ac districte jubeto omnibus, ut ne ejus edictorum, aut literarum, aut sermonum ullam rationem habeant, ut ab eo se omnino segregent, ut ne ecclesiam cathedralem tuam quamdiu ab eo tenebitur, neque alias ab hominibus cum eo nefarie conjunctis, occupatas, celebratasque ecclesias supplicatum adeant, nisi summo se scelere, et sacrilegio alligare malint. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima nona januarii millesimo septingentesimo nonagesimo sexto, pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

*Reperta novissime extra archivium R. C. A. imprimitur extra ordinem, in declarationem alterius, quæ extat sub num. 944. pag. 318. et sequen.*

### MXLIX.

Dat. die  
17 junii  
1793  
anno XXI.

Acta Sanctissimi Domini Nostri Pii divina providentia papæ sexti in consistorio secreto feria secunda die xviii. junii MDCCXCIII. causa necis illatæ Ludovico XVI. Galliarum regi christianissimo.

### Venerabiles fratres

Proomium.

§. 1. Quare lacrymæ, et singultus verba Nobis non intercipient? Nonne magis gemitibus, quam ulla voce significandus est immensus ille animi dolor, quem expromere cogimur, dum vobis nunciamus editum Lutetiæ die vicesima prima januarii currentis anni horrendum illud crudelitatis, atque immanitatis spectaculum.

§. 2. Per impiorum hominum conspirationem capitali pœna damnatus est Ludovicus XVI. rex christianissimus, et judicium impletum. Sed quale illud judicium, quaque peractam ratione fuerit, breviter vobis commemorabimus: nulla illud auctoritate, nullo jure exercitum ab nationali conventa; is enim abolita præstantioris monarchici regiminis forma, publicam omnem potestatem penes populum constituerat, qui nulla regitur ratione, et consilio, nullum rerum percipit discrimen, pauca ex veritate, multa ex opinione æstimat, inconstans, facilis decipi, et ad prava quæque impelli, ingratus, arrogans,

Relatio processus habiti pro docernenda morte regis, quæ illegalis, et injusta declaratur.

crudelis, qui humano sanguine, qui cæde, funeribusque gaudet, ac expirantium pœnis, ut in veterum conspiciatur amplis theatris, ad voluptatem pascitur. Ferocior pars hujus populi, sui regis imperium detrectasse non contenta, vitam etiam illi eripere cum vellet, eos esse judices jussit, qui accusaverant, ac infensum illi animum aperte declaraverant, jamque in ipso judicii aditu repente nequiores aliquot evocati fuerant, ut condemnantium numerus cæteris prævaleret. Quem tamen augere non potuerunt, ut proinde rex minori legitimo numero fuerit immolatus. Ex tot iniquis, perversisque iudicibus, ex tot captatis suffragiis, quid non triste, horridum, omnibusque sæculis execrabile timeri, expectarique poterat? Tamen quoniam tanti facinoris horror multos a scelere deterruerat, magna inter suffragantes exorta concertatione, iterum ad suffragia ferenda devenire visum est, quorum exitum, etsi ex conjuratorum sententia fuerit, legitimum esse pronunciarunt. Multa hic alia prætermittimus contra jus, acta, ac nulla prorsus, atque irrita, quæ in augustissima patrum defensione, ac in publicis passim foliis legi possunt. Omittimus quoque, quæ ante supremum supplicium subire, ac pati coactas rex fuit. Diuturnam nempe in permutatis carceribus custodiam, ex qua non nisi, ut ad conventionis cancellos sistere, interdum ducebatur: illatam ejus confessorio mortem: a carissima regia familia segregationem, cæteraque ad illius aut pœnam, aut ignominiam ærumnarum genera, ad quæ nemo, in quo aliquid humanitatis esset, plane non exhorresceret; cum præsertim nota, ac perspecta foret omnibus Ludovici indoles suavis, benefica, clemens, patiens, amans sui populi, a rigore, a severitate aliena, erga omnes facilis, et indulgentissima; quo factum est, ut ad convocanda regni comitia, quæ flagitabantur, induceretur, quæque in regiam auctoritatem, ac demum in caput suum redundarent. Præterire tamen non possumus, quæ de ejus virtutibus omnes ex ipsius testamento perspiciunt, propria perscripto manu, ex intimo sui animi sensu, ac ubique typis evulgato. Quanta in eo virtutis species; quantus fuit in catholicam religionem ardor animi, quæ veræ in Deum pietatis indicia, qui dolor, quæ pœnitentia, quod, vel iovitus, nomen suum actis disciplinæ, fideique orthodoxæ ecclesiæ contrariis adscripserit! Unde in tot adver-

sis magis in dies ingruentibus rebus eum pœne obrueretur, ab ipso usurpari potuit Jacobi I. Britannicæ regis sententia, cum diceret = Calumnias spargi contra se in tribunitiis concionibus, non quia crimen aliquod designasset, sed quia rex erat, quod omni crimine pejus habebatur = At hic intermittamus aliquantum de Ludovico loqui, ut afferamus potissimum ex historia exemplum, quod Nostro huic argumento plane congruens, quodque luculentis ingenuorum scriptorum testimoniis comprobatur.

Comparatio damnationis regis Galliarum, et reginæ Scotiæ.

§. 3. Maria Stwarta Scotorum regina Jacobi V. Scotiæ regis filia, et Francisci II. Galliarum regis vidua, titulos, et insignia regnum Angliæ cum assumpsisset, quæ jam Angli ad Elisabetham devulerant, quantas ab eadem æmula, et a factiosis Calvinianis hominibus ærumnas tulerit, vel per insidias, vel per vim illatas, plurimi enarrant historici. Sæpe carceribus inclusa, sæpe iudicium examini subjecta respondere recusaverat, cum diceret reginam se soli Deo vitæ suæ rationem reddere teneri: tandem toties, varieque vexata, respondit, objecta diluit crimina, sua probavit innocentiam. Non idcirco tamen a suscepta iniquitate iudices se continuerunt; in eam tamquam ream, jamque convictam, mortis pronunciarunt sententiam; ac tum super pegmatè caput illud regium fuit detruncatum.

Judicium factum a Benedicto XIV. super occisione Mariæ Stwartz.

§. 4. De hoc eventu Benedictus XIV. lib. 3. = sui operis de Servorum Dei beatificatione cap. 13. num. 10. in hæc verba ratiocinari pergit = Si de hujus reginæ martyrio quæstio institueretur, quæ usque adhuc instituta non est, adversus martyrium plana esset oppositio ex sententia desumenda, et ex cæteris, quæ impie adversus eam hæretici debacchati sunt, et præcipuè Georgius Buchananus in infami libello, cui titulus est; *Detectio Mariæ*. At si vera mortis causa examinetur, cum illa constituenda sit in odio catholicæ religionis, quæ ipsa superstitè in Anglia perstitisset, si invicta perpeudatur constantia, qua oblatam repulit deserendæ catholicæ religionis conditionem, si admirabile animadvertatur robur, quo mortem sustinuit, si attendantur, prout attendi debent, protestationes ante obitum, et in obitu emissæ, se semper catholicam vixisse, et propter fidem catholicam libentissime mori, si non omitantur, prout omitti non debent, evidentissimæ rationes, quibus ostenditur, nedum falsitas criminum Mariæ regi-

næ oppositorum, sed etiam iniquam mortis sententiam specie tenus calumniis innixam, vero processisse ex odio catholicæ religionis, et ut hæretica dogmata Angliæ regno immota persistèrent; nihil fortasse deerit ex iis, quæ pro vero martyrio sunt necessaria.

§. 5. Scimus ex Augustino, quod martyrem non facit pœna, sed causa, atque ob hanc ipsam rationem Benedictus XIV. cum se propensum pro Mariæ Stwartzæ martyrio declarasset, illud expendere cœpit = an ad martyrium satis sit, tyrannum ad inferendam mortem moveri ex odio adversus fidem Christi, quamvis occasionem mortis desumat ex alia re, quæ ad ipsam Christi fidem, aut nihil pertinet, aut nonnisi ex accidenti pertineat; et affirmative resolvit, ductus ratione, quod actus non ab occasione, vel a causa impulsiva, sed a causa finali veram sui speciem desumit, ac propterea sufficere ad martyrium, si persecutor ad necem inferendam movetur odio in fidem, licet occasio mortis provenerit ex alia re, quæ ratione circumstantiarum ad fidem non pertineret.

Eam ipse declarat martyrem.

§. 6. Nunc ad regem Ludovicum revertamur. Si gravis est Benedicti XIV. auctoritas, si ejus opinioni plurimum est tribuendum, cum ipse propensus se in reginæ Stwartzæ martyrio significasset, cur Nos eidem non consentiremus pro martyrio regis Ludovici? Convenit enim affectus, convenit propositum, convenit casus acerbitas, unde convenire debet et verum. Et quis unquam dubitare possit, quin ille rex præcipue interemptus fuerit in odium fidei, et ex catholicorum dogmatum insectatione? Tandiu erat, cum Calviniani in Gallia orthodoxæ religioni perniciem moliri cœperant: sed parandi prius fuerunt animi, ac impiis imbuentibus doctrinis populi, quas ex eo tempore per libellos perfidiæ ac seditiosis venissimos in vulgas spargere non desistebant, ac ad sui propositi societatem perversorum philosophorum operam adjungebant. Tale tamque perniciosum impietatis artificum scelus generalis Gallicani cleri conventus anni MDCCXLV. deprehenderat, Nosque ipsi jam prævisam ex pontificatus Nostri primordio detestandam adeo perfidorum hominum industriam, intentatumque maximum periculum annuaviimus per epistolam encyclicam ad omnes episcopos ecclesiæ catholicæ, cum eos sequentibus verbis hortaremur = Auferte malum de

ipsum sententiam esse de rege Galliarum declaratur.

medio vestri, id est venenatos libros ab oculis gregis magna vi, et sedulitate extorque-  
 » Quæ hortationes, ac monita No-  
 » stra si successissent, minime nunc adeo  
 » progressam esse intentatam regum, re-  
 » gnorumque perniciem doleremus. Cum  
 » teterrimi illi homines multum se pro-  
 » ficere, jamque adesse tempus sua exe-  
 » quendi consilia agnoscerent, aperte pro-  
 » ferre cœperunt in libro typis edito an-  
 » no MDCCCLXXXVII. assertionem Hu-  
 » gonis Rosarii, seu si quis alius est ejus  
 » libri auctor: laudabile nempe esse tol-  
 » lere de medio supremum principem,  
 » qui obsequi religioni reformatæ non vult,  
 » nec in se partes suscipere protestan-  
 » tium pro eadem religione.

Detegitur fal-  
 lacia quæ con-  
 tinetur sub spa-  
 cioso titulo li-  
 bertatis.

§. 7. Quæ tam iniqua sententia pau-  
 lo ante declarata, quam Ludovicus in  
 vitæ miserimas incidisset vices, palam  
 omnibus factum est, quæ illius origo  
 fuerit ærumnarum: idque adeo pro com-  
 perto habendum est, tales nimirum,  
 quales prodibant in Gallia ex improbis  
 libris, tanquam ex venenata stirpe, pro-  
 cessisse fructus: ut in vita scelestissimi  
 Volterri in vulgus edita scriptum fue-  
 rit, æternas illi ab humano genere ha-  
 bendas esse gratias, tanquam primo  
 publicæ revolutionis auctori, qui cum  
 populos ad suas agnosendas, adhiben-  
 dasque vires impulisset, effecit, ut for-  
 midabile illud deijceretur despotismi  
 propugnaculum, religiosa nempe, et  
 sacerdotalis auctoritas, qua stante num-  
 quam tyrannidis, ut dicebant, disso-  
 lutum fuisset iugum, cum utraque mu-  
 tuis inter se nexibus consistat, alte-  
 raque subversa alterius interitus ne-  
 cessario consequatur. Hunc illi tanquam  
 de sublato regno, ac disjecta religione  
 triumphum jam canentes, impiorum  
 scriptorum tanquam dacta victimarum  
 copiarum, gloriam, ac nominis splen-  
 dorem deprædicant. Ac tum fuit, ut  
 cum his artibus ad suas partes maxi-  
 mam populi multitudinem illexissent,  
 ad eandem per omnes Galliæ provincias  
 magis, magisque ope, ac promissis, la-  
 ctandam, seu potius illudendam, spe-  
 ciosum illud reperirent libertatis nomen,  
 omnesque ad ejus elata insignia, ac ve-  
 xilla evocarent; hæc illa nempe philo-  
 sophica libertas est, quæ illuc spectat,  
 ut corrumpantur animi, ut depraven-  
 tur mores, ut omnis legum, ac rerum  
 omnium ordo subvertatur; eam propte-  
 rea Gallicani cleri conventus fuit dete-  
 status jam in plebis animos per falla-  
 cissimas irrepentem sententias, eam Nos  
 ipsi in memorata encyclica hisce ver-

bis designandam, declarandamque du-  
 ximus » Id præterea aggrediuntur per-  
 » ditissimi philosophi, ut quibus homi-  
 » nes vinculis inter se, atque cum domi-  
 » nantibus junguntur, et in officio  
 » continentur, ea omnia dissolvant, libe-  
 » rum hominem nasci ad nauseam usque  
 » clamitant, regeruntque, nec cujusquam  
 » obnoxium imperio: societatem propte-  
 » rea multitudinem esse hominum inæ-  
 » ptorum, quorum se prosternat stupi-  
 » ditas coram sacerdotibus, a quibus de-  
 » cipiantur, coram regibus, a quibus op-  
 » primantur; adeo ut concordia inter sa-  
 » cerdotium, et imperium nihil sit aliud,  
 » quam immanis conspiratio contra in-  
 » sitam homini libertatem.»

§. 8. Falso huic ac mendaci liber-  
 tatis nomini illi jactati humani generis  
 patroni adjunxerunt aliud æque fallax  
 nomen æqualitatis inter homines scilicet,  
 qui in civilem societatem coherant,  
 quasi, illi cum variis obnoxii sint ani-  
 morum affectionibus; ne in diversas  
 abeant, incertosque pro sua cujusque  
 libidine motus, nemo esse debeat, qui  
 auctoritate, et vi prævaleat, coerceat,  
 moderetur, ac a perversa agendi ra-  
 tione ad officia revocet, ne societas  
 ipsa ex tam temerario, ac inter se  
 adverso plurimarum cupiditatum impe-  
 tu in anarchiam decidat, prorsusque  
 dissolvatur ad instar harmoniæ, quæ  
 ex plurimorum sonorum consensione  
 componitur, et si non apta chordarum,  
 vocumque temperatione consistat, in  
 perturbatos abit strepitus, ac plane dis-  
 sonos. Deinceps cum se constituissent  
 juxta phrasim sancti Hilarii Pictavien-  
 sis præceptorum emendatores, et ar-  
 bitros religionis, cum religionis opus,  
 obedientiæ sit officium; de ipsa Ec-  
 clesia, ejusque constituenda ratione ne-  
 va ac inaudita statuerent judicia cœpe-  
 rant. Ex ea officina prodiit sacrilega  
 illa constitutio, quam Nos in respon-  
 sione Nostra diei x. martii MDCCXCL  
 ad expositionem triginta subscriptorum  
 episcoporum refutavimus. Quare con-  
 grue aptari videtur hic posse, quod  
 scriptum est a sancto Cypriano » quo-  
 » modo fiat, ut de christiano judicent  
 » hæretici, de sano sancii, de integro  
 » vulnerati de sancto lapsi, de iudice rei,  
 » de sacerdote sacrilegi?», Quid superest,  
 quam ut ecclesia capitulo cedat? Qui  
 in diversis civium ordinibus adhuc fi-  
 deles erant, constanterque rejiciebant  
 novæ constitutioni iurejurando se ob-  
 stringere, ad infortunia statim, ac ad  
 necem destinabantur: itum est repen-

Quid sentien-  
 dam sit de alio  
 nomine æqua-  
 litatis.

te in promiscuas eorum cædes, sævitum in ecclesiasticos quam plurimos, occisi episcopi, qui quanta devotione, et reverentia colendi sint, exemplo suo docuit Christus Dominus, qui referente sancto Cypriano » usque ad passionis » diem servavit honorem pontificibus, et » sacerdotibus, quamvis illi nec timo- » rem Dei, nec agnitionem Christi ser- » vassent. » Fuit demum ex quovis hominum cætu interempta multitudo. Quorum mitior pœna fuit, e patriis sedibus sine ullo discrimine ætatis, sexus, conditionis in exteras regiones eijciabantur. Etsi vero decretum esset, ut quisque libere, quam vellet, religionem exercere posset, quasi per quamlibet pateret ad æternam salutem via, tamen vetabatur catholica religio sola, tanquam capitalis criminis pœnas effuso per fora, per vias, per domus sanguine luebat, neque aliquos exterae ditiones, ad quas confugerant, tutari poterant, cum ibidem deprehensi, ac dolis, perfidiaque decepti mactarentur. Sed hæc hæresum natura est, hic mos hæreticorum jam ab antiquis Ecclesiæ sæculis exortus, ac præ ceteris tyrannico Calvinianorum præcipue in Gallia confirmatus usu, vi, ac minis omnes in suos sensus impellentium.

Prosequitur judicium super martyrio regis christianissimi.

§. 9. Ex hac apud Gallos incertarum impietatum nunquam interrupta serie, cui non perspectum plane sit, odio in religionem primas acceptas referri partes earum machinationum, per quas omnis nunc exagitur, et convellitur Europa, ac exinde inficiari nemo possit ipsi mortem illatam esse Ludovico.

In eum illi quidem plurima cumulare conati sunt ex politicis rationibus deducta crimina, inter quæ tamen præcipua eminet firmitas animi, qua decretum de eijciendis in exilium catholicis presbyteris approbare, ac sancire noluit, itemque ejusdem epistola ad Claromontanum præsulem nunciantis, sibi constitutum esse, statim ac posset, catholicum in Galliam cultum restituere. An hoc satis esse non valeat, ne temere existimatum, dictumque sit, Ludovicum esse martyrem? Capitalis etiam in Mariam Sivvartam prolata sententia nitebatur criminibus molitionum, conspirationumque adversus publicæ rei statum, intermixta solum religionis mentione; nihilo tamen minus Benedictus XIV. spreto commentis in sententia expressis ve-

ram judicavit, multoque aliis potior rem fuisse illius condemnationis originem, ipsam videlicet contra religionem odium, indeque martyrii causam existere.

§. 10. At hic quidem, ut inaudivimus, huic Ludovici martyrio obstare existimant, quod ille approbaverit constitutionem a Nobis jam refutatam in superius memorata Nostra ad episcopos reponione. Verum non nulli arbitrantur rem secus se habere, atque asserunt: cum exhibita regi fuisset, cui nomen subscriberet, constitutio, hæsisse ipsum cogitandum, ac subscribere recusasse, quod timeret, ne factum id suum vim haberet approbationis. Sed cum ei repositum esset a quodam ex administris, (cujus etiam nomen enunciant, cuique fidebat plurimum) non aliud illa subscriptione significatum iri, quam veridicum, seu authenticum esse constitutionis scriptum, ne Nos, ad quos transmittendum ab ipso erat suppositum illud esse ullo modo suspicari possemus, facile simplici hac, ut apparet, ratione inductus fuit ad subscribendum, idque in supremis suis tabulis inquit, cum diceret, se contra proprium volum subscripsisse: et revera ipse sibi minime congruere, planeque pugoare secum videretur, si quod ex animo approbaverat, constanter deinceps reprobasset, cum scilicet subscribere noluerit decreto, quo presbyteri injurati in exilium mittebantur, neque item in literis ad Claromontanum episcopum, datis se catholicum in Gallia cultum redintegrare velle declarasset. Sed utcumque illud fuerit (non enim hic quidquam in Nos recipimus) ac ut etiam seductum vel animi levitate, vel errore aliquo Ludovicum in subscribendo approbasse concedamus, num statim idcirco Nostra erit de ejus martyrio varianda opinio? Vetat id Nobis certa illa ac sollemnis, quæ subsequuta est regia retractatio, ac mors ipsa, quam superius demonstravimus, illatam ipsi fuisse in odium catholice religionis, ut idcirco quidquam honori ipsius martyrii detrahi posse perdifficile plane videatur. Quandoquidem in sancto Cypriano, qui de baptismo hæreticorum aliter senserat, quam veritas postulabat, tamen uti fructuosum sarmentum gloriosa martyrii falce Deus purgavit, quod adhuc purgandum erat, ut totidem verbis, pluribus in locis refert sanctus Augustinus.

Solvuntur objectiones.

Idem ut supra

§. 11. Non aliter constituta quaestione in congregatione Rituum, non obstaret martyrio Johannis de Britto societ. Jesu, quod in missione Madurensi adhibuerit vetitos ritus Sineses, non hæsitarunt suffragantes convenire in sensu negativo, scilicet non obstare, ex quo Dei servus per subsequens martyrium sanguine retractaverit usum ipsorum rituum: sed scissi fuerunt nam expediret proferre favorabile decretum, ne captaretur occasio propugnandi recessum fuisse a repetita proscriptioe eorundem rituum. At Benedictus XIII. omnem sustulit difficultatem præcipiendo, ne ex decreto pronunciando inferri posset apostolicam Sedem recedere voluisse a constitutionibus suorum prædecessorum, ritus antedictos prohibentibus; at insimul approbavit retractationem emissam a ven. Johanne, non atramento, sed sanguine, discernendo oppositam exceptionem non obstare, quomius in causa ven. servi Dei Johannis de Britto ad ulteriora procederetur ad discussionem dubii, super martyrio, et causa martyrii, nec non ulterius dubii, de signis, et miraculis, quæ ejus intercessione patrata, discutere ut ex decreto tunc lato, et typis evulgato ii. julii MDCCXLI. Hoc Nos instructi decreto, veram esse planeque comprobata cernentes Ludovicii retractationem, scriptam et atramento, et generoso ejus sanguine effuso non longe abeundum Nobis esse censemus a Benedicti iudicio, non jam ut simile nunc efformemus decretum, sed ut in Nostra constemus jam præcepta animi sententia de martyrio regis Ludovici, non obstante, quæcumque illa fuerit, civilis cleri constitutionis approbatione.

Dolet pontifex in regno Galliarum catholicam religionem quasi penitus defecisse.

§. 12. Ah Gallia, ah Gallia! a prædecessoribus Nostris appellata » totius christianitatis speculum, et immotum fidei firmamentum, utpote quæ in fervore fidei christianæ, ac devotione apostolicæ Sedis, non sequeris alias, sed antecedis! Quam hodie aversa a Nobis es, quam hostili in veram religionem animo, ac inter omnes, qui unquam fuerunt ejusdem insectatores infestissima! Et tamen ignorare, etsi velis, non potes, quod tutela, et soliditas regnorum est fidei religio, utpote quæ et potestatum abusus, et subditorum licentiam comprimit; atque hanc ob causam invidi hostes regalium potestatum, ut eas deiciant, ad subvertendam catholicam fidem adspirant.

§. 13. Ah iterum Gallia! Tu quæ Regem interfectum fuisse declarat ex quo catholicus erat regem tibi dari catholicum postulasti, quia leges fundamentales regni, non alium regem, nisi catholicum regem ob id ipsum, quod catholicum esset, occidisti!

§. 14. Tantus porro fuit ille tuus in regem furor, ut nec ipsa illius cæde satiatu quiesceret. In mortuum etiam, in ejusque exanime corpus scivire voluisti; inhonorata siquidem mandasti cadaver ipsum inferri, humarique sepultura. At in Maria Stwarta jam extincta, ratio habita fuit regis dignitatis. Corpus ejus relatum fuit in arcem et balsamo conditum, repositum in loculo paratum ad sepeliendum; domesticisque, et ministris injunctum, ut ibidem remaneant, ac pristinum statum, et splendorem conservantes alii non concedant, donec honorificæ alicui sepulture mandetur. Quid hoc in expleto odio tuo tandem lucrata fueris, nisi dedecus, infamiam, atque regum, ac principum omnium multo graviolem, quam quæ in Elisabetham Anglam exarserat, offensionem, odium, indignationem.

Justitia iudicati confirmatur, etiam per ea que sumis sunt subsequenda.

§. 15. Ah dies, Ludovico, triumphalis! Cui Deus dedit, et in persecutione tolerantiam, et in passione victoriam. Caducam coronam regiam, ac brevi evanescentia lilia, cum pereanni alia corona ex immortalibus angelorum illis contexta feliciter illum commutasse confidimus.

Opinio pontificis super beatitudine regis.

§. 16. Quid interim Nobis pro Nostris apostolici ministerii officio agendum sit ex sancti Bernardi ad suum Eugenium literis edocemur, cum ipsum hortaretur, dare operam, » ut increduli convertantur ad fidem, conversi non avvertantur, aversi revertantur ». Ac præ oculis habemus Clementis VI. prædecessoris Nostri exemplum, qui non destitit illatam Andreæ Siciliae mortem vindicare, gravissimis inflictis pænis contra illius interfectores, et conspiratores, ut legitur in suis apostolicis literis. Sed quid proficere, quidque consequi ab illo possumus populo, qui non solum monita Nostra contempsit, sed gravissimis in Nos insultavit offensionibus, usurpationibus, injuriis, et calamitatibus, eoque audaciæ, ac insanis processit, ut fictas componeret, et eorum erroribus accomodatas literas sub Nostris nomine. Sinamus igitur illum esse, quoniam ita libet, in sua miserrima pravitate pertinacem, confidamusque innoxium Ludovici sanguinem

Confidit sanguinem regis innocentis intercedere posse pro populo apud Deum.



clamare quodammodo, atque orare, ut sciam ille agnoscat, damnetque in aggerandis delictis pervicaciam, at consideret acerbissimarum pœnarum genera, quæ Deus, vindex scelerum justissimus populis solet ob minus gravia perpetrata commissa infligere.

*Preces indictæ  
pro reque ani-  
mæ regis.*

§. 17. Hæc apud vos agere ad ali- quod acerbissimi casus solatium vo- luimus. Itaque ut jam dicendi finem faciamus, quod reliquum est vos ad solemnes exequias pro extincto rege Nobiscum de more peragendas in- vitamus. Quæ quidem fanebria pre- cationum Nostrarum officia, etsi su-

pervacua videri in eum possint, qui martyris nomen assecutus creditur, di- cente sancto Augustino » Ecclesia pro », martyribus non orat, sed eorum potius », orationibus se commendat. » tamen hæc ipsa Augustini sententia de illo intelligi, explicarique debet, qui mar- tyr non jam ex humana persuasione creditus sit, sed ex apostolicæ Sedis iudicio comprobatus.

Die igitur vobis indicenda in pon- tificio Nostro sacello publicas de more exequias una vobiscum, venerabiles fratres pro Ludovico XVI. christianis- simo rege peragemus.

FINIS TOMI NONI